















£5-5

Cal48

1628

N 94



FEDERICI

Chrisogoni Nobilis Jadertini Artium ⁊ Medicine doctoris Subtilissimi: ⁊ Astrologi excellentissimi de modo Collegiãdi: Pronosticandi: ⁊ Curandi Febres: Necnõ de humana Felicitate: ac deniq3 de Fluxu ⁊ Refluxu Maris: Lucubrationes nuperrime in Lucem edite.

MDXXVIII

Serenissimo ac Inuictissimo Venetiarũ Principi Andree Griteo Federicus Chrisogonus Jadertinus Artiũ ⁊ medicine Doctor ⁊ Astronomie Professor Felicitatem.



Sicut alma Venetorũ Respublica Serenissime Princeps bene legibus instituta, superat omnes alias Respublicas in regimine temperato summo Justitie rigore ⁊ maxima religione: bonum commune bono proprio preferendo: ⁊ vnumquenq; in gradu suo clementissime conseruando: De qua diuina Prouidentia maxime sollicita est, tanq; amantissima ⁊ sibi cognatissima, ideo perpetuo conseruanda. Sic Veneta Respublica bene sibi consuluit tantum Principem sibi elegisse: vt sua Fortitudine ac Prudentia rebus angustis et contrarijs Euentibus intrepide resisteret: labentesq; firmaret. In rebus etiam nimium secundis, cum dictamine recte rationis, omnia moderate, atq; sapienter regeret. Felix est ergo tanta Respublica a tali Principe protegi. Felix est et Princeps Inuictissimus tali Reipublice preesse. Felix est certe ⁊ tota domus Chrisogona Jadertinarũ nobilissima: cui contigit a tanto Principe foueri, atq; amari. Opus ergo nostrum de modo Collegiandi, pronosticandi, et curandi febres: neq; nõ de Felicitate humana: ac deniq; de Fluxu ⁊ refluxu Maris ab omnibus cognitu desideratissimo nuperrime tuo Numini dicatum eterno tempore duraturum speramus. Bonum enim perpetuum Posteritas equo animo appetens, perpetuo sibi seruabit.

Ingenui liberalium Disciplinarum Cultoris Gasparis Salomonij Imolensis Domini Guidonis Filij ad Lectorem Epigramma.

Emicat ecce Liber fuluo preciosior Auro:
Secula cui nullum prisca tulere parem.
Noscere q̃ medico prosit Presagia celi:
Pandit in hoc miro codice Chrisogonus.
Edocet hic Febrium curas: Collegia mõstrat
Et chryses: medicos que latuere diu.
Et quibus inde bonis felicia Secula nobis
Eueniant sola Palladis arte probans.
Occeani causas demum Fluxusq; refluxus
Hactenus ignotas discutit iste Sophos.
Innumeras igitur tanto pro munere Grates
Chrysogono referẽs perlege Lector opus.

Eximii artium et Medicine Doctoris Federici Chrisogoni Jadertini Prohemium.



Uerenti mihi quenam esset vltima felicitas:et vltima pfectio nostra:Certe orthodoxe fidei veritas ostendit:ipsam in bonis anime fore qrendam (neglecto corpore) q̄uis Arist.in libro ethicorum (quia esse nostrum beatificum in patria minime cognouit) Ideo hys bonis anime:bona corporis:non sine bonis fortune addiderit:corpus(inquit) famulatum anime speculanti adminiculum prestat:bona autem fortune:causam(sine qua non) esse voluit:que adinuicem subordinata sunt ad vltimum finem. Quoniaz autem ista felicitas infirmitate corporis impediri potest:⁊ sermonis scientifici (differentis hec) ordo sit:vt ea que primo sunt in ipsa intentione:sint vltima in executiōe:Exordiamur ergo de modo collegiādi:vel inquirendi ⁊ cognoscēdi essentiā morborum:vt egritudines omnes artificiose capitulare valeamus. Secūdo in loco agemus de pronosticis dieruz creticorum per stellas:applicando iudicia earum ad facultatem medicine (prius non applicata). Tertio in loco ponemus nouum modum curandi febres ethicas:⁊ interpolatas:tertianas.s.⁊ quartanas:breuem tamen sed doctrinalez:prius non positum ab aliquo. In quarto loco ponemus tractatum de fluxu ⁊ refluxu maris:cū solutionibus omnium passionū maris:quas patitur merito corporum celestium:qua bene intellecta:quilibet intellectus recte dispositus:acquiescet. Nouissime autem ponemus(quod primo intendimus).s.sermonez de Felicitate atqz perfectiōe humana:quantum vnaqueqz artium ⁊ scientiarum conducit homini ad quesitam perfectionem nostrā.

Capitulum primum:q̄ facultas medicine in theorico atqz practico negotio hactenus incompleta est.



Icut homo ex duplici substantia constituus est:eterna.s.⁊ corruptibili:sic etiaz operationes anime (que eterna est)perfectiores sunt q̄z ipse perfectiones corporis:Est tamen connexio quedam mutua:vt corpus non operetur sine anima:nec eadem intelligit sine corpore:Socrates eniz languens non nisi impedite ad actum speculandi exire poterit. Et vlterius deficiēte aliquo sensu:⁊ cognitio illa ex parte illius sensus deficiet. Circunscriptis etiam omnibus sensibus:anima sicut tabula rasa (ī qua nihil depictum est)remanebit. Si ergo infirmitas corporis nos a proprio fine consequendo felicitatis īpedire solet. Queramus ergo si hactenus in medicina scribētes verū modū inuenere:p artem.s.medicorum posse expellere egritudinem:⁊ introducere sanitatē:qua habita:ipsam posse conseruare:vel adhuc eadē (vt hucusqz impfecta)theorice atqz practice:magis atqz magis perfectibilis sit. Rimatus autem cum fuerim doctrinam principis:in fronte cuius verba posita me attentum reddiderunt:librum.s.edidisse minus:q̄z medico sit necessarium:continētem:⁊ quod super additum est:incomprehensibile est:sed eandem doctrinam cum enixius pernatassem:⁊ intima cordis ipsius perscrutatus fuissem:inueni certe eum iure principem fore in arte medicine scribentiuz. Redegit enim priscorum Patrum dogmata in vsum satis honestum:non tamen fore talem existimo:cui non possit addi:tam in theorice q̄z practice medicine facultate:per que calamitas humana in lāguoribus suis:aptius:melius:atqz citius subleuari possit. Maxima enim pars eorum que scimus:est minima eorum que ignoramus. Quia scire nostrum terminatum minime existit:sed itellectus noster diuina ductus prouidentia aptus natus est in dies ad plura extendi scibilia:q̄ forte non sciet:nisi in diuersis periodis. Scientie enim intēdunt ⁊ remittuntur:maxime si verum sit illud Auer. dictum:q̄ milies inuenta est philosophia:⁊ milies deperdita. Quis ergo nouit terminū philosophie deperditum:vel eiusdem augendi ambitum? Neqz monstrare quispiam poterit:adeo terminatam esse phisice medicine facultatem:quin augmentum suscipere possit. Cui ergo nō licebit inuentis addere:que hactenus ignota fuere? certe licebit. Sed anteq̄z ad practicum negocium deueniam:ad ipsum theoricum prius me conuertam:⁊ in quibus Principem inuenero fimbrias bene dilatasse:in eisdem breuis esse conabor:in q̄bus autem breuis:vel forsan diminutus fuerit:pro viribus(deo duce)supplere studebo Non solum in vero modo collegiandi pro essentia febrium cognoscenda:verum etiam pro eisdem febribus curandis:⁊ maxime interpolatis ⁊ cronicis:quarum cura expediens hactenus ignota fuit.

Capitulum secundum. De quattuor generibus causarum Medico pertinentium.


In scientijs naturalibus quattuor genera causarum necessario considerantur: per que fiunt diffinitiones atque demonstrationes: deueniendo per omne genus cause de notis ad rem quesitam et ignotam. In libris autem medicorum quamuis medicina sit pars scientie naturalis subalternata. vbi enim desinit naturalis: ibi incipit medicus: tamen preter causam efficientem raro alie considerantur: maxime in practica. Sed speculatiui vagantes per campos elisios quandoque et quatuor genera causarum delibauere: quos etiam nos cursim imitabimur. ¶ Causa ergo materialis vel subiectum adequatum passionum egritudinis et sanitatis erit homo sanabilis per artem: operationes tamen in suis suppositis et singularibus primo comperiuntur: quia non homo sed socrates actu infirmatur. Homo ergo ratione suorum singularium: qui cum sit compositus ex quatuor elementis: que formaliter membra constituunt spiritum et sanguinem: sic et subiectum proximum erit: membrum spiritus et sanguis: et maxime remotum elementa. Formales cause remote sunt virtutes: proxime autem complexiones: quantumcunque labantur ab equalitate: dummodo sint Socrati sane. Efficientes autem cause sunt posite a medicis et a Principe: remote: aeres: cibi et potus: et relique sex res non naturales: que extrinsece cause et primitiue dicuntur. Intrinsece vero et antecedentes sunt humores: vt sunt preuij ad putrefactionem. Coniuncte vero idem humores: vt sunt actu putridi causantes febres materiales: continue: vel interpolate fuerint ille. Finales autem sunt ille operationes: que ex virtutibus emanant: et ipse ex spiritibus.

Capitulum tertium. In quo est impugnatio cause efficientis posite ab Aui. non esse aeres. s. causas maxime remotas.


Omnis causa maxime remota est causa maxime vniuersalis: et causa fortius agens: que mouet omnes alias causas: que maxime scita debet esse: quia ad illam omnes alie per se ordinate reducuntur: Aeres autem non possunt esse tales: quia illi ad alias causas vlterius ordinantur. Que sunt celestia corpora: de quorum actione datur scientia: non sic de aere datur cognitio terminata producente egritudinem (circunscriptis celis) mouentur enim ad motum superiorum causarum: ergo vt sic solitarie accepti (vt medici accipiunt) non cadunt sub scientia: quia inordinate se habent (vt non subordinantur celis) quia in continuo fluxu: ad omnem differentiam positionis: incessanter a stellis rapiuntur. ¶ Sed data veritate positionis medicorum: quod aeres sint cause efficientes remote: ergo ab ipsis equaliter continentibus equales deberent produci effectus: vel omnes infirmando in eadem ciuitate existentes: vel omnes sanando. Neque dabunt rationem diuersitatis sufficientem: quod in eadem hora Socrates nascatur: et Plato moriatur. Quod non accidit ponentibus celestia corpora esse causas efficientes: que vniformiter difformiter mota: producunt hos varios et vniformiter difformes effectus: et de vniformiter se habentibus tantum est demonstratio. Quando autem domini sanitatis alme ciuitatis Venetiarum a medicis querunt causam epidimie: que solet accidere (pro vt hoc anno accidit) Aeres: ventos: pluuias: atque nebulas assignare solent. Melius certe consulerent: si tacerent: quam non causam: vt causam assignarent. Quis enim mente bene dispositus negare poterit: solem existentem in canicula dies non producere nobis molestos: atque estuantes? Iuxta illud Hypocratis: in cane et ante canem Pharmacie sunt moleste. ¶ Item si cum Marte extiterit: vel minaci lumine ibi influxerit: febres acutas eis non producere? Quorum gradus horoscopantes: quadrati: vel diametri cum eisdem extiterint: eodem etiam sole cum saturni sidere existente: grandines: pluuias: atque seuas mutationes aeris non causare? Et si ibi gradus eclipsis: vel coniunctionis magne testimonium prebuerint: certe epidimias magnas: et annone causabunt defectum: necnon rapinas: cedes: atque ciuitatum depopulationes: sicuti nobis attestatur in dies experientia. ¶ Defecit ergo princeps et turbe sequentes eum: cum posuerint aeres causas efficientes: de quibus non datur scientia distincta sine celestibus corporibus: sunt enim illa cause adequate omnium passionum sanitatis et egritudinis. Que etiam mouent omnes alias causas partiales vsque ad causam coniunctam et mortem. Mouentes erraticos planetas: et fixas: qui agunt in hec inferiora: lumine: motu: et influentia: alterando: corrumpendo: atque generando incessanter: vt rerum materialium species per indiuiduorum continuam generationem atque corruptionem conseruentur: quod aeres non faciunt: nisi quodammodo instrumentaliter: et vt continuant celestia cum inferioribus. Et sic verum est quod metheororum primo scribit Arist. quod necesse est hunc mundum inferiorem contiguum esse superioribus

lationibus:

lationibus: vt inde omnis virtus guberne-tur. Sed postposita ratione & nõ minus Auctoritate: quis etiam parum in actu practico exercitatus negare poterit: quin p hec corpa celestia possit haberi certa cognitio de futuris effectibus producendis per constellationes proprias. Et habitis hominũ genituris possit predici inclinatio cuiusqz nati in oẽm fortunam. Licet quando deuenitur ad actuz simplicem voluntatis: certe libere agit homo sine celi influentia. Domini enim sumus a principio vsqz ad finem actuum nostrorũ. Corpus enim celesti corpori subijcit: voluntas autem soli deo. Homo enim ex anima est & corpore.

Capitulum quartum. Quomodo Medicus ratione vniuersali cognoscere potest egritudines omnes.

Innata est via nobis: vt ab effectib⁹ & operationib⁹ lesis: & virtutibus resolutis: diminute: corrupte: vel ablate: in cognitionem essentie egritudinis deueniamus. Cum ergo medicus viderit Socratem: q non potest exire in actus: & operationes solitas sibi sano: arguet virtutes aliquas: vel omnes esse lapsas: ergo dispositio in corpore egro propter lapsum complexionis innate a suo temperamẽto. Omnis eniz discrasia deijcit actum proprie virtutis. Tunc habita primo diligenti inquisitione de regimine egri in sex rebus non naturalibus (vt valeat se iuuare pro cognoscẽda essentia egritudinis) Que cognitio (vt in pluribus) maximã difficultatem omnibus medicis aggenerare solet. Uisis etiam exeuntibus & qualitatibus mutatis concludet Socratem esse egrum. Hic prudentes egri vel astantes caute obseruent medicos: si artificiose & solicite inquirant omnes causas egritudinis: & accidentia obseruent: vel sicco pede pertranseant. Qui enim solicitus non fuerit hec inquirere: neqz certe essentiam egritudinis cognoscet: & minus actiua passiuis (debite applicando) sanare poterit: & a similibus: iure: quilibet abstinebit: tanqz ab ignorãtibus artem vel negligentibus curam egrotantis.

Capitulũ quintum. De graduatione complexionum totius corporis ex complexione principalium membrorum.

Graduare complexionez cuiusqz egri: rez summopere necessariam existimo: vt lapsus eius a suo temperamẽto atqz complexione sibi sana: per contrarias qualitates ad equalitatem reduci valeat. Tria ergo membra principalia: cor: epar: & cerebrum: cum fuerint calida vel frigida: totum corpus reddetur calidum vel frigidum. Orta enim attestantur suis principijs. ¶ Modi autem vniuersales omniuz complexionum cordis: sunt nouẽ: Pulsus. s. Anelitus: Pectus pilosum & amplũ: tactus: mores: fortitudo & meditationes: qui quidem modi intenduntur & remittuntur per diuersos gradus mixtionis miscibilium: vel elementorũ p se in ipsa conceptione: per accidens etiam suscipiunt intẽsionem & remissionem in suis qualitatibus: tam per contraoperantiam aliorum membrorum principalium adinuicem: qz etiam p regimen in sex rebus non naturalibus: que latitudo complexionuz tacta est a Principe in vndecima tertij: que quidem proportio diuersorum graduum elementorum causat fere infinitas cõplexiones diuersas: ita q duo indiuidua non reperiantur eiusdem complexionis adequate. ¶ Sed ne qs pre multitudine cõplexionuz confundatur: suppleat suo iudicio extimatiuo: in quibus complexionibus & gradibus medicinaruz latet labor infinitus. Multi enim sapientes (de illis scribentes) ab alto culmine ceciderũt: sicut Gẽtilis in sua conuersione. Et forte idẽ accidit: ipsi Auicenne in quinto Canone capitulo primo: vbi posuit precisionem graduũ (dum dixit) q medicina in tertio cum illa que est in quinto fit in quarto: Ergo medicina in tertio potest remittere per vnũ gradũ illaz: que est in quinto. Similiter medicina in pmo cũ illa que est in tertio: fit in secundo & sic potest in vnuz. Ergo medicina in primo potest tantum quantum potest medicina in tertio (qđ est inconueniens) quia medicina minus calida agit in plus calidam per frigidum. Exẽplum de aqua tepida in primo addita feruẽti (que est calida in quarto) non amplius feruebit. ¶ Iterũ si calide (vt tria) addetur calide vt quatuor. Certe illa que est in tertio minus remittet de caliditate illius que est in quarto: quam eiusdem illa que est in primo: ergo non possunt equaliter. s. illa in primo: qz illa in tertio vt voluit Auicenna. ¶ De quibus gradib⁹ & cõplexionib⁹: inferius ampliorẽ sermonã faciemus. Sed suppositis gradib⁹: q ex parte rei sunt: bonũ esset inuenire pcisionẽ: quãtũ natura expostulat & non sapere plusqz oportet sapere: de qbus post disputabimus: quomodo medicina similis in qualitate agit in dissimilem in gradu: & quõ medicina remittit aliã medicinã dissimilez in qualitate & in gradu. ¶ Tertio quomodo omnis medicina simplex sm gradum intensum in

suis qualitatibus primis non excedit gradũ (vt quatuor) ⁊ vnusq̄sq; gradus habet tres mansiones: sed per multiplicationem dosiũ multiplicantur ⁊ gradus ipsarum extensiue. De quibus gradibus extensis nullam inuenimus Regulaȝ positam vsq; nunc: forte q̄a video multos fuisse philosophos vł medicos ⁊ non fuisse mathematicos vel calculistas: ⁊ calculistas non fuisse phisicos. ¶ Quarto ponemus quomodo medicine (vel q̇ ingredit̃ os nostrum) a tota sui substãtia satis fortius agunt ⁊ transmutãt corpora nostra q̄ꝫ a qualitatibus manifestis. Sicut scamonea cuius grana decem sufficienter educunt omnes humores (preter sanguinem) multiplicata etiã dosi in dupla proportione multiplicabitur ⁊ potentia eius: intantum q̄. 3. 5. potest efrenitando interimere: sed vna multo fortius: q̇ piper cum suis qualitatibus manifestis non faceret: q̄ꝫuis sit maioris eleuationis in eisdem q̄ꝫ scamonea: quia in quarto gradu caliditatis ⁊ siccitatis: ⁊ scamonea solum in tertio gradu: ponemus etiam propter quid taȝ modica quantitas veneni que vix posset stare in cuspide acus nos tam potenter interimit sicut contingit aspide punctis.

Capitulum sextuȝ. De epatis complexione.

Epatis complexio non naturalis cognoscitur per cognitionem complexionis naturalis. Cuius modi sunt plures. s. p tactũ tẽperatũ ad latus caliditatis decliuem: per amplitudinem venarum honestam: colorem album ⁊ rubeuȝ per appetitum in cibo ⁊ potu sufficientem. Habitudines vero contrarie hijs arguent complexionem lapsam a naturali per se vel per contraoperantiam cordis: que late complexa sunt a Principe. xiiii. tertij: vbi quisq; se iuuare poterit.

Capitulum septimum. De complexione cerebri naturali.

Cerebri complexio naturalis est humidior ceteris mẽbris totius corporis: exceptis flegmate: sanguine: pinguedine ⁊ adipe ⁊ frigidior: exceptis adipe: pinguedine ⁊ cute. Principaliter tamẽ cognoscitur eius complexio frigida ⁊ humida temperate ab operationibus sanis: ⁊ q̄ꝫuis aliud temperamẽtum requiritur pro intellectu ⁊ aliud pro memoria: ⁊ aliud pro motu animalis ⁊ robore: tamen complexio temperata proportionabiliter producet operationes sanas temperando spiritus animales pro singulis operationibus proprijs. Lapsus tamen cognoscit̃ per operationes lapsas diminute: corrupte vel ablate: tam per discrasiam calidam ⁊ siccam plusq̄ꝫ oportet: vel frigidam ⁊ humidaȝ plusq̄ꝫ oportet. De quibus signis ⁊ causis: Auic. prima tertij resolute descripsit.

Capitulum octauum. De stomacho.

Stomachus non est membrũ principale: tamen consequitur mẽbra principalia. Preparat enim nutrimentum pro toto corpore: ⁊ si fuerit lesa eius digestio p̄ma: epar certe non poterit corrigere ipsius magnum errorem. Digestio enim cruda erit rebelis pro nutrimento: quia non conuertetur in naturã nutriti ex quo omnes operationes corporis ledentur. Procurãda est ergo eius discrasia toto ingenio. ¶ Signũ cõplexionis eius calide est bene digerere cibũ tarde digestionis sine nocumento: neq; leditur a leui frigido. Frigidus auteȝ stomachus bene appetit sed non bene digerit cibuȝ tarde digestionis sed leuia ⁊ subtilia. Magis appetit frigida q̄ꝫ calida a quibus non leditur nisi fuerint eleuate frigiditatis. Ratio est: quia humor melãcholicus qui frigidus ⁊ siccus est: corrugando os stomachi facit appetere: ergo humor cholericus cuius est dilatare ⁊ contrariuȝ producere q̄ꝫ producit melãcholia ergo cholere est deicere appetitum: quod est notandum in actu practico: vt (cognita causa vtriusq; nature) possit vtranq; discrasiaȝ curare per suũ contrarium: puta si fuerit fames superflua (vt fames canina) vel appetitus prostratus propter materiam vel sine materia: materiã educendo ⁊ non materiam rectificando. Patitur autem stomachus per viam indigestionis multas egritudines: maxime frigidas: quia per lapsum qualitatum omnium efficitur frigidus ⁊ flegmata multiplicantur per viaȝ indigestionis: ideo dicitur q̄ stomachus est lacuna flegmatis non naturalis: que ibi facillime arripiuntur a calore preter naturali ⁊ corrumpuntur: ⁊ causant dolores ⁊ ventositates ⁊ eructationes. De quibus discrasijs signis ⁊ causis tractauit Princeps. xiii. tertij copiose.

Capitulum nonum. De modo capitulandi egritudines.

Omne quod euenit in corpore nostro preter naturam: vel est vt causa vel egritudo: vel vt accidens egritudinis: q̄ꝫuis eadem res sit quandoq; ⁊ causa ⁊ egritudo ⁊

accidẽs egritudinis: vt febris ethica in ptbisi: que est accidens ad vlcus in pulmone: ⁊ est essentia in se considerata ⁊ est causa debilitatis totius corporis: de qbus theorice nobis expedit exarãdũ. ¶ Causa efficiens in libris medicorum duplex extrinseca sunt sex res non naturales: Cibus ⁊ potus: motus ⁊ quies: Sõnus ⁊ vigilia: passiões aie ⁊ extrinsecus alterantia: ⁊ obuiationes vel pcussiones. Intrinseca aũt est duplex: Antecedẽs ⁊ coniuncta: antecedens humores (vt sunt preuij ad putredinẽ) coniuncta vt idẽ humores fuũt actu putrefacti. ¶ Egritudo est triplex aut mala complexio: aut mala compositio: aut solutio continui: cum dolore aut sine dolore: vt cerebrum ossa medulle que in sui solutione continui non dolent: nihil enim dolet nisi neruus vel caro neruosa. Cum dolore aũt vt sunt oẽs solutiones continui: que sequuntur omnia apostemata vlcera ⁊ vulnera ⁊ dolores reliquos. Exemplum in dolore capitis vbi non dolet cerebrum: q̃uis fuerit incisum sed pia ⁊ dura mater: neq; dolet os cranei: sed ille paniculus tegens ossa: qui neruosus est: quum extenditur per aduentum fluxus sanguinis extendentis paniculum fit solutio continui: ergo dolet. Cum autem Medicus viderit solutionem continui: capitulare incipiet egritudinem esse solutionem continui. Mala compositio est multiplex que. s. est increatura quantitate numero ⁊ situ cum suis subdiuisionibus generis subalterni ⁊ specierum: de quibus Princeps in secunda primi.

Capitulum decimum. De egritudine male complexionis.

Complexiones sunt nouem: simplices quattuor calida: frigida: humida: ⁊ sicca. Et composite quattuor calida ⁊ humida: frigida ⁊ humida: frigida ⁊ sicca: ⁊ calida ⁊ sicca. Et vna temperata: que reperitur in homine sano tẽperate complexionis in etate consistentie: de quibus non est presentis negocij: sed tm̃ de egritudine male complexionis febrilis. Omnis febris aut est febris eẽntia: aut febris accidens. Febris accidens est que consequitur ad alias egritudines: puta ad appostemata vel vlcera pulmonis: vt febris ethica: Et febris putrida que sequitur ad alias solutiones continui. Intensi quandoq; dolores mouent spiritus ⁊ sanguinem: ⁊ cor inflamant: quo fit vt corde inflamato generet febris accidens: putrida ⁊ non putrida: diuersimode. Febris aũt essentia aut est materialis aut nõ materialis: nõ materialis vt ethica q̃ in mẽbris est. Materialis vero est duplex: aut in spiritibus aut in humoribus. In spiritibus vt febris ephimera. In humorib⁹ vero est febris putredinalis. Quare omnis febris aut est in membris: aut in spiritibus: aut in humoribus. Sicut contingit triplex caliditas i balneo: aut in pariete vt ethica in membris: aut in aqua vt putrida in humoribus: aut caliditas in aere balnei contenta: vt ephimera in spiritib⁹. ¶ Febres putredinales habent causam antecedentem ⁊ coniunctam suarum fixionũ ⁊ conseruationũ. s. oppilationes ⁊ putrefactiones humorum: postposita ephimera: que nisi pma die curat in putridam conuertitur. Sed febris ethice essentia non video aliquem posuisse causam eius fixionis ⁊ permanentie: ⁊ minus in collegijs quandoq; disputantes: forte quia putant q; sicut febris ethica est indepẽdens ab omni materia humorali: sic etiam est indepẽdens ab omni causa fixionis ⁊ permanẽtie. Sed solum quia facta est habitudinalis ⁊ cõplexionalis totius: ideo non habet causam non efficientem primitiuam puta solem: qui forte fuerit causa efficiens primitiua nimium calefaciendo sed sol preteryt: ⁊ quod non est non conseruat: neq; est aliqua causa ipsius in sex rebus non naturalibus: quia ethicus bene ⁊ regulariter viuit. Neq; est aliqua causa ipsius antecedens vel coniuncta: qa iam supponit q; est imaterialis: aliter ethica esset humoralis: ergo ethica non habet aliquam causam sue fixionis ⁊ permanentie: Cuius oppositum est verum: quia certe febris ethica habet causam conseruantem: que causa reducitur ad causam efficientem. Quod probatur primo ratione vniuersali: quia est ens reale ⁊ in actu existentie ⁊ omne tale preter primã causam habet duplex esse: intrinsecum. s. ⁊ extrinsecum sue permanentie: nihil enim se ipsum simpliciter perpetuat ⁊ conseruat: maxime illud quod est violentum ⁊ preter naturam ipsi complexioni temperate ⁊ sanitati: que prouenit ex debita mixtione miscibilium causante amicam proportionem calidi ⁊ humidi radicalis ⁊ causante complexionem hominis plus temperatam omni alia complexione brutali. Ideo ẽt cõtingit homini plus infirmari q̃ reliqua alia animalia etiam simul sumpta. Unumquodq; enim mobile a medio equalitatis ⁊ temperãtie potest trahi per lapsum ad omnem differentiam positionis: quod non contingit alijs irrationabilib⁹ animalibus: que in suis complexionibus oĩa per diuersos gradus lapsa sunt ab equalitate media: quod enim lapsum est ab equalitate in aliquod latus: iam in illud amplius non labetur: neq; infirmabitur de facili: nisi forte

a forti causa. Febris autem ethica cũ sit gradus additus calori naturali: q (q̃uis nõ variat speciem) tamen quia plus debito consumit humidum radicale: ꝛ impedit virtutem naturalem que digerendo non potest tãtum reparare ꝛ restaurare de secundis humiditatibus: quantum idem gradus additus deuorat faciens egritudinem simpliciter: egritudo autem ꝛ sanitas bene differunt specie: ergo idem calor in specie facit sanum ꝛ egrum. Juxta illud Principis verum integritas et perfectio nostra est in quadam siccitate: que incessanter ꝓcedit donec nos perimat. Neqꝫ certe Philosophi naturales dubitarunt: intensos ꝛ remissos gradus posse variare speciem: quia (vt sic) species essent equales ipsis indiuiduis: quod est falsum ꝛ impossibile. Dicãt medici qcquid velint. ¶ Neqꝫ video quenqꝫ medicorũ qui fuerit sollicitus querere causaꝫ cõseruationis febris ethice. Ideo in cura ipsius committitur error manifestus (pace omnium dixerim) omnis enim contradictor cum est super veritatem in primis excusandus est: maxime vbi agitur de salute veriori hominis. Amicus eni Socrates amicus Plato: magis tamẽ amica veritas. Qui ergo non cognouerit causam egritudinis: vtiqꝫ non abscindet egritudinem: sicut Aui. in prima quarti tractatu tertio ꝛ quarto: vbi dicit ꝙ in curatione febris ethice est tota intentio in frigido ꝛ humido: ꝛ vnaqueqꝫ eaꝝ completur cum approximatione suarum causarum: ꝛ expulsione causarum sui contrarij: Auicenna forte dixit hoc: quia motus propter regulam vel dignitatem maximam in medicina que est: ꝙ omnis curatio est a contrario sicut omnis ꝯseruatio fit a simili: neqꝫ videtur ꝙ aliquid aliud possit mediare inter hec duo: Cum autem ethicam vidisset esse lapsum per calidum ꝛ siccum: ideo cum frigidis ꝛ humidis tradidit doctrinam vniuersalem cum camphoratis. s. ꝛ psilio ꝛ cum similibus. Que frigida non soluꝫ non remouent causam ethice: que est debilitas cordis ꝛ mẽbrorum radicalium: verum etiam magis figunt causam: ꝛ infirmant ethicum: quod patet: quia frigida non ingrediuntur opus nature: neqꝫ multiplicant spiritus: neqꝫ sanguinem a quibus dependet omnis fortitudo virtutum vitalium naturalium ꝛ animalium: sed virtutem prosternit. Si ergo per frigida virtutes omnes non restaurantur immo magis resoluuntur: ergo ꝛ causa ethice febris magis fouebitur: quo fit vt ethicus magis infirmabitur q̃ꝫ sanabitur per frigidorũ exhibitionẽ. ¶ Sed ad dignitatem ꝛ propositionem maximam in medicina quid erit dicendum? destruere enim ꝛ contradicere primis principijs est deserere totã artem: neqꝫ cum talibus est disputandũ. ¶ Queramus ergo si quelibet propositio in medicina sic absolute prolata sit vera dignitas sicut ista ꝙ omnis cura est a cõtrario: ꝛ sic oĩs sanatio ꝛ in omni morbo sit procedendum per contraria? Certe non: omnis enim cura per contraria est curatio per accidens: Patet quia cuꝫ virtus nature sit medicus ꝛ medicus ministrat: accidit virtuti ꝙ medicus curat ꝛ sit medicus: sed quando ipsa virtus sanat per se certe sanat: ꝛ omnis sanatio que est per se melior est q̃ꝫ illa que est per accidens. Uirtus autem nõ sanat per qualitates contrarias sed per sui fortitudinem: quando spiritus ꝛ sanguis sunt multiplicati per artem nostram: proportionaliter tamen ad calidũ ꝛ humidum radicale: nisi enim medicina exhibita actuetur a calore naturali forti frustra erit eiꝰ exhibitio: sed cum fuerit actuata sufficienter educet materiam peccantem: ꝛ Socrates sanabitur: ergo virtus morbum expellens ꝛ Socratem sanans non vtiqꝫ a contrario neqꝫ a simili sed per virtutem fortem: ꝛ per remotionem cause sanus eger redditur: per se ꝛ non per accidẽs. ¶ Neqꝫ etiã pro materiali (si medicina accipiatur) est ibi cura a contrario: quia scamonea (non inquantum calida vel frigida) educit humores peccantes vel reubarbaruꝫ ipsam choleram: sed quia tale: ergo nõ a contrario: vt ipse Auicenna ꝛ reliqui intendunt ad pauca respiciemus. Et q̃ꝫuis medicus quandoqꝫ remouendo prohibens per accidens sanat: non tamen prohibet a contrario: ergo nõ omnis cura erit a cõtrario. ¶ Dignitas ergo Auicenne ꝛ propositio maxima nõ erit dignitas: partim quia curatio ipsius virtutis non est a contrario: que est vere curatio per se. Uirtus enim fortis que est in multo calido ꝛ humido radicali ꝓportionato agit contra morbum: quicunqꝫ fuerit ille calidus vel frigidus: reducendo se ad equalitatem a sua forma intrinseca directa a suo creatore: que est intelligentia nõ errans: ꝛ quod dictũ est de morbis materialibus: idem dicenduꝫ est ꝛ de morbis male complexionis: contra quam eadeꝫ virtus pugnat ꝛ nociuum insensibiliter resoluit ꝛ ad complexionem sibi sanam vel temperiem proportionalem vite ꝛ sanitati se reducit: de cuius ethice cura inferius agetur.

Capitulum vndecimum. De diuisione febrium putridarum.

f Ebrium putridarum sunt multe species: per Principem prima quarti scꝫ acute: non acute habentes horribilia

bilia accidētia: diminute: inseparabiles. Inseparabiles cum dimissione: et inseparabiles cum intensione: exforciate: similes habentes rigorem: simplices: composite. Quarum specierū tāta diuersitas nō pōt sufficiēter accipi penes combinationem humorum: neqꝫ penes simplices febres: neqꝫ cōpositas. Neqꝫ video quēqꝫ dubitasse et minus assignasse rationem diuersitatis per motum febrium: quarū sunt quattuor species tm̄: cholere. s. de tertio in tertiū: melancholie de quarto in quartum: flegmatis singulis dieb⁹ et sanguinis (cuius sunt tres species) sumastica. s. perunmastica et homotena. Et si isti humores fuerint compositi non minus producent motus similes prioribus: a proportione maioris inequalitatis humoris p̄dominantis. ¶ Assignemus ergo nos causas et rationes in collegijs: et magis in actu practico necessarias: vt febres recte curari possint: et forte melius et citius: q̄z hucusqꝫ curate fuerunt. Maxime febres oēs īterpolate. ¶ Dicam⁹ ergo ꝙ sicut sunt quattuor humores: ita quattuor sibi vendicant motus diuersos a tota sui substātia et forma specifica: ꝙ autem idem humor: puta cholericus: modo producat remissa accidentia: vt in tertiana pura vel nō pura et interpolata et quandoqꝫ intensa accidentia: puta quando est continua proportionalis: vel etiam quādo producit seua et horribilia accidentia. Certe hoc prouenit merito minere diuerse putrefactionis febrium. Patet: quia si idem humor cholericus putrefit in venis magnis prope cor: producet seua accidentia et horribilia: vt in causonide. Si autem idem humor putrefiet in epate: certe remissiora accidentia erunt: vt in tertiana et febre cōtinua proportionali: et si eadem materia cholerica expulsa ad extra venas et in venis capillaribus cōtēta: fuerit remissa accidētia et febrē tertianā puram vel non puram sed interpolatam necessario faciet. Ergo tertiana pura interpolata: et causon erit eadem merito materie et cause antecedentis et coniuncte. s. materie cholerice: sed merito minere diuerse accidētia variabuntur. ¶ Eadem ratione dicendū est et de alijs humoribus et febribus puris et non puris: que cause materiales minerarū: nūq̄z in collegijs considerate sunt. Quomodo ergo quis recte curare poterit ipsas febres si mineras: et ad membrum in quo materia faciens febrem putrefit: non respiciat? euacuando materiam in ipso contentam: digerendo: aperiendo oppilationem: diuertendo: et eradicando: et confortando ipsum: ne faciat putredinem vel vt ipsam materiam peccantem: expellat vel resoluat subleuando virtutem: qua subleuata omnia faciet: quia virtuti forti nihil est difficile. Subleuare autē virtutem nō est restaurare tm̄ cum ꝯtusis: iusculis: vel aq̄ carnis: vt plures medici existimāt. Ideo non cito curant: sed multi male pereunt: sed subleuare virtutē vltra illa est etiam exhibitio eorum: que a tota sui substātia omnes virtutes naturales viuificant. ¶ Minere ergo febrium omni cū studio querende sunt. Primo enim si fuerit febris interpolata per oppilationem epatis: splenis: vel oris stomachi quia in membris istis (vt in pluribus) sunt minere febrium: et si fuerint accidentia seua et horribilia erit minera in corde: vel venis proximis cordi: et he febres fiunt in estate: vel in aliqua magna epidimia: vel tempore pestis. Minera enī solet esse in venis magnis ꝑpter multitudinē materie peccantis: vel salse grosse vel viscose. Cognitis ergo mineris: Respice ad mineram illius febris: si fuerit oppilatio magna: quia non prius curabitur febris q̄z causa ipsius remoueatur.

Capitulum. xij. De accidentibus egritudinum cognoscendis.

Accidens vel signum egritudinis est operatio lesa: exiens mutatum et qualitas mutata: sed quia in oi febre omnes virtutes et operationes sunt lese per diffinitionem febris: que impedit omnes virtutes: vitalem: naturalem atqꝫ animalē. Impedit et virtutes que fluūt ab istis per febris discrasiam: omnis enim discrasia impedit omnes virtutes et febris est maxima discrasia: ergo febris maxime impedit omnes virtutes et operatiōes. ¶ Exiens aūt mutatū est multiplex: vt vrina mutata in substātia: quātitate et qualitate. Similiter et egestiones in substantia qualitate et quantitate. Qualitas mutata: vt in facie: in habitudine: vrina et egestione: que quidem omnia sunt signa respectu medici signantia egritudinem: et eadem erunt accidētia respectu essentie egritudinis ea ꝑducētis. Que accidētia fere sunt infinita: puta instantia vigiliarū: dolor capitis: sitis intolerabilis: sudor superfluus et huiusmodi.

Capitulum. xiij. De recapitulatione premissorum.

Capitulata egritudine vel febre: que primo fuit tibi cognita ex diligenti inquisitione: quomodo eger vsus fuerit regimine in sex rebus non naturalibus per eius complexionem: que cognita fuit ex graduatione trium membrorum principalium per

accidentia omnia egritudinum : per etatem
per tempus anni : per iuuantia ⁊ nocentia:
que omnia conferes ⁊ in collegijs ea produ-
ces pro tuis rônib⁹: q febris est tertiana pu-
ra: vel non pura: ⁊ huiusmodi: q̄ dependet a
materia cholerica cū sui predominio vel ei⁹
subdominio. Si materia flegmatica habue-
rit dominium ⁊ fuerit febris flegmatica vel
quartana. Si materia melancholica natura-
lis vel per adustionem vlteriorem ipsius cho
lere fuerit peccans. Uel sanguinea: Aumasti
ca: peraumastica: vel homotena. ¶ Si autē
sanguis peccauerit: vl' tm̄ in mēbris erit mala
cōplexio sine materia: qa ethica vel ephime-
ra: quia in spiritibus vel febris essentia quā-
do egritudo ab ipsa febre incipit : vel febris
accidens: quando febris consequitur aposte
mata ⁊ alias egritudines totius vel partis
corporis: puta ad vulnus illatum in vno mē-
bro: vel ad lepram que est totius corporis: cū
quibus febribus. s. male complexionis (vt in
pluribus) coniunguntur ⁊ alie egritudines
male compositionis ⁊ solutionis continui: vt
in ipsis oppilationibus ⁊ solutionibus conti-
nui. ¶ Quib⁹ omnibus cognitis ex omnibus
vel aliquibus egritudinibus in egro inuen-
tis: omnes vel aliquas egritudines: quotquot
erunt: sigillatim capitulare oportet: vt singu-
lis debite actiua passiuis applicari valeant:
cum ordinatione moderate diete: que cōstat
semper ex quattuor. s. quid: quantum: quale:
⁊ quando: que medicus astantibus debet or
dinare: pro iudicio suo egro conferentia : vt
debitum finem consequatur sanitatis.

Capitulum primum . De pronosticis egri-
tudinum per dies creticos.



Uisque laudat in
libris edi-
tis medicine artē pnosticā-
di de diebus creticis: ⁊ exo-
ptat cognoscere: q̄ nō min⁹
est vtilis q̄z necessaria medi
cis ⁊ egris. Necessariā dico:
qa nō p̄us medicus ordina
bit regimē dietatiuū vel curatiuū: q̄z cogno-
uerit essentiā febris: q̄ sane cognitio velut tru
tina q̄dā rōnis demōstrabit diuersitatez regi
minis in sex rebus non naturalibus . Aliter
enim in horis vniuersalibus in p̄ncipio. s. au-
gumento: statu: atq̄z declinatione eger regen
dus est: pariter ⁊ regimen curatiuum regu-
labit. Medici enim opus diuersificabitur in
diuersis horis vniuersalib⁹ egritudinis: Uti-
lem etiā dicimus eā fore medicis: qm̄ de me
dico bene pronosticante : ⁊ de diebus creti-
cis vere enuntiante eger ⁊ astantes bene con
cipient: ⁊ melius confident: q̄ q̄dē egro pluri
mum conferre solent. Ille enim plures sanat
de quo plures ꝯfidunt. ¶ Sed non video q
aliquis hucusq̄z posuerit doctrinam resolu-
tam per suas causas omnes: quonāmodo ad
scientiam pronosticandi facile deuenire pos-
simus : cum impossibile sit simpliciter scire
bene pronosticari ⁊ regimen dietatiuuz bene
ordinare ⁊ in regimine curatiuo bene actiua
passiuis applicare: nisi p̄us essentia egritudi-
nis bene cognoscatur per suas causas omnes
a priori : que sunt corpora celestia: ⁊ a poste-
riori : que sunt signa ⁊ accidentia : que con-
sequūtur egritudines omnes. ¶ In q̄bus p-
nosticandi modis: ⁊ scientia dierum cretico-
rū Scriptores omnes artis medicine inue-
nio (pace dixerim) inuolutos atq̄z reuolutos
contrarios adinuicem: ⁊ cōtrarios sibi ipsis.
Tentemus ergo nos aliquid amplius ⁊ per-
fectius dicere: quomodo quisq̄z ex cognitio-
ne causarum essentie egritudinis cognoscere
poterit ⁊ essentiam egritudinis ⁊ eiusdē ac-
cidentia. Quomodo etiaz per eadem media
⁊ pronosticari: ⁊ de diebus creticis predicere
perfecte poterit: ex quibus Medicus pariter
⁊ eger (vt in pluribus) finem optatuz (inquā
tum ars medicine se extendit) consequi va-
leat. Et si id perfecte vel resolute nō tradide
ro: saltim occasionem posteris preparabo spe
culandi: ⁊ veritatem inquirendi. Ut hec ars
pnosticādi: qua nihil mirabilius inueniri po-
test in facultate medicine pro vtilitate ⁊ per-
fectione artis: ⁊ reipublice humane ad per-
fectum gradum peruenire possit. Scire eniz
futuros euentus ⁊ presentes facere per cogni
tionem scientie: est certe angelice operationi
simile: quod cum per veram scientiam prono
sticandi ab exercitatis fieri possit. Ideo me
ad altiora cōuertam: vt vnusquisq̄z deposito
liuore neq̄z sensibus corporis alligat⁹ sed sola
vi anime res fugiētes (qa subtiles) sed vtiles
conferentes artifici ⁊ egris: bono animo pro-
sequi velit. Conferent etiam hec ⁊ ad felici-
tatē humanam: ⁊ qui hec nostra non capient:
iudicium contra se ipsos de ipsorum in dispo
sitione ferrent : quia non intelligentes ista:
nequaq̄z verum iudiciū amabunt: amor eniz
non fertur nisi in precognitum.

Capitulum secundum. De necessarijs in p-
nosticis faciendis.



T perfectio pronosticationis ac-
quiratur: duplici cognitiōe opus
esse arbitramur. Sicut enim pfe
cta musica duplici iudice perfi-
citur: aure. s. ⁊ proportiōe nume
ri non omnis sed sonori tm̄: vt vera; armonia

⁊ concentus

ꝛ concentus diapason habeatur: vbi duo nerui ex dupla proportione consistentes: vnus neruus dumtaxat (propter eius consonantiam) ab aure diiudicatur ꝛ in errorem (sic sola iudex) ducitur: nisi etiam a numero mensuretur proportioneturqꝫ. Sic etiã in pronosticorum vera ꝛ perfecta cognitione duplici scientia indigemus. Cognitione .s. causarum efficientium: que adequate producunt oẽs egritudines salutem atqꝫ mortem: que sunt celestia corpora: de quibus supra tactuꝫ est: ꝛ post amplius dicemus: Necnõ opus est cognitione a posteriori effectuũ ꝛ accidẽtiũ: de qbꝰ supra delibauimus aliq̃: sed maiora deinceps dicturi sumus: quãtũ expediet. Ex q̃ sane duplici cognitione causarum ꝛ effectuum p̃mo ab effectu supra causaꝫ. scd̃o a causa supra effectũ regrediẽdo: perfecta cognitio de essentia egritudinis haberi poterit: quantum erit possibile per inuentionem humanam. ¶ Quibus cognitis facile cognosci poterit si Socrates a forti causa decubuerit: ꝛ si ibi inimica ꝯstellatio influxerit: maxime si directio abscisoris ad gradum horoscopi vel datoreꝫ vite peruenerit: certe ab hora qua medicus ad egrũ accesserit perquisita prius hora decubitus ꝛ ordinata egri dieta cum domum accesserit ꝛ figuram equauerit: atqꝫ direxerit: facile mortem egri vel salutem pronosticari poterit. Quo quidem modo pronosticãdi per stelliferos motus tota fere latitudo: ꝛ vastitas inausti pelagi medice facultatis cõmuniter hucusqꝫ p̃uata existit. Nã si testimonia bonaꝝ stellaꝝ adderunt: signa egritudinis remissa erunt ꝛ futurã sanitatem pronuntiabunt: quibus obseruatis ipse medicus nõ solum vtilitatem: sed quod maius est immortalem gloriam ꝛ famam consequetur.

Capitulum tertium. De propositionibus necessariys in pronosticis.

Scientia pronosticoruꝫ facilis erit scitu: quando propositiones posuerimus cum suis probationibꝰ per q̃s non solũ sciẽtia p̃nosticã dilucidius innotescet: verũ etiaꝫ oẽs questiones in materia p̃nosticoꝝ ꝛ dierũ creticoꝝ cõtingẽtes facile quisqꝫ soluere poterit. ¶ Prima p̃positio. Sicut sunt quattuor elemẽta: sic sunt ꝛ quattuor humores: qui a sua forma specifica proprios sibi motus in febribus determinant: siue simplices illi fuerint causantes febres vel compositi: a proportione enim maioris inequalitatis humoris vincentis apparebit motus sibi proprius.

¶ Secunda p̃positio. Sicut celestia corpora agunt in quattuor elementa alterando corrumpendo atqꝫ generando: sic etiam agunt in omnia elemẽtata: maxime in homines: de quibus astronomi fuerunt magis sollicti scire qualiter eadem corpora lumine: motu ꝛ influentia per diuersas constellationes agũt in hominem ab hora natiuitatis influẽdo in ipsum omnem fortunã vel infortuniuꝫ: ꝛ infirmitatem causando post alterationem humorum educendo de potentia materie contrarias qualitates in ipsis ꝛ p̃ter naturam: que corrũpunt complexionem innatam mẽbroꝝ: intendendo in illis frigiditatem ꝛ siccitatem ad gradum: sub quo eius complexio stare non potest: ad quem gradum sic intensum sequitur ꝛ mors.

¶ Tertia p̃positio. Omnis materia febrilis dupliciter consideratur: primo vt est causa materialis habens suam intrinsecam formaꝫ producentem proprios motus in febribus pro diuersitate humorum: qui fluũt a subiecto: vt proprie passiones (ꝛ vt sic) nihil depẽdent a stellis. Secũdo modo vt eadeꝫ materia humoralis a causa celesti efficiẽti recipit omnes alterationes: si fuerit causa fortis ad corruptionem: tũc a forti causa Socrates cadet. Si vo eadẽ fuerit remissa ꝛ accidẽtia p̃ducat remissa: ꝛ ad sanitatẽ certe terminabit.

¶ Quarta propositio: q Cause efficiẽtes primitiue corruptionis humoꝝ putridas febres causantes sunt quandoqꝫ luna: quandoqꝫ ꝛ reliqui planete cum formis celestibus producentes epidimias omnes: producunt etiaꝫ ꝛ febres acutas ꝛ remissas: febres breues ꝛ cronicas: cõtinuas ꝛ interpolatas. Quibus obseruatis principale negocium erit: de hys cũ diebus creticis habere iudicium.

¶ Quinta p̃positio. Mensis medicinalis est triplex: primus qui equalis dicitur: quem luna peragit semp equaliter in diebus. xxvij. ꝛ hoꝛ. viij. qui est cursus lune respectu motus eius equalis. ¶ Scd̃s aũt mẽsis est respectu solis: q accipitur ab vno coitu luminariũ ad aliũ: vbicunqꝫ luna ipsum solẽ ꝯsequat: quẽ motum luna diuersimode peragit propter motum eius diuersum in epiciclo: p̃pter quẽ est modo tarda modo velox. ¶ Tertius est mẽsis cursus lune quo ad egritu dinẽ: qui est p̃ntis ꝯsideratiõis: q est reditus lune ad illũ gradũ: a quo recessit hora decubitꝰ: quẽ cursum inequaliter etiam peragit s̃m iam dictã eius velocitatem ꝛ tarditatem propter eius epiciclum: tamen complet ipsum circa dies xxviij. modo parũ supra modo parũ infra. In quo mense oẽs aspectus lune ad graduꝫ decubitus erunt considerandi: qa variabũt statum egri s̃m naturam aspectus lune ad gradum decubitus ꝛ ad alios planetas.

¶ Sexta propositio. A p̃mo gradu (in quo

fuit luna hora sensibilis lesionis ad sexagesimū gradū erit pm⁹ aspect⁹ sextilis ꝛ nō p̄us ad quē gradum sextilem luna perueniet die quinta currēte: in aliis vero diebus luna nō erit i aliquo aspectu. In septima ꝛo die erit in aspectu quadrato: de quibus aspectibus fecimus figuram accomodatam: in qua oēs aspectus ꝛ ex quot gradibus constant apparebunt: necnon ꝛ vacui cursus lune.

¶ Septima propositio luna existente extra loca predicta ꝛ gradus: qui non faciunt aspectum cum gradu hora decubitus non fit iudicium pro lune cursu de parroxismo particulari neqꝫ de crisi: quia vacua cursu dicetur.

¶ Octaua ꝑpositio. Melius ꝛ fortius iudicatur de esse egri ꝛ de die cretica per esse lune quando extiterit cum planetis bonis vel malis ꝛ sine aspectu ad gradum decubitus: quā eiusdem existentis in aspectu ad graduꝫ decubitus ꝛ sine aspectu alicuius planete: quia maioris posse est planeta q̄ꝫ gradus loci lune hora decubit⁹. ¶ Similiter est dicendum: ꝙ non erit iudicium per aspectum lune nisi quando febris periodicat. Sed plenum iudicium erit per cursum lune: quando luna erit in aliquo aspectu ad gradum decubitus vel in eodem gradu (quod bis contingit in mense in p̄ncipio eius ꝛ in fine) ꝛ cum hoc ꝙ luna sit etiam in aliquo aspectu ad bonos vel malos planetas: ꝛ maxime si cuꝫ tali aspectu periodus conueniat.

¶ Nona propositio. Perfecte volenti iudicare per cursum lune congruum esset (si facultas foret) respicere ad radicem natiuitatis egri: quia decubitus magnam habet dependentiam a sua genitura. Socrates enim non generat filium nisi illud sibi influxerit ꝑ natiuitatem. Ita non infirmatur nisi per natiuitatem: quando ergo coniungitur natiuitas cum reuolutionibus ꝛ horis decubitus cum signis pronosticorum melius certe erit iudicium ꝛ perfectissimum quod possit haberi per artem veram.

¶ Decima ꝑpositio. Sicut luna non est adequata causa omnium egritudinum: sic nō est adequata causa omnium iudiciorum in dieb⁹ creticis: Ideo recte dicitur. Quādo luna est sine aspectu planetarum dicit̄ vacua cursu: quia est sine virtute ꝛ efficacia: sed cum aliis stellis erit iudiciȷ pleni.

¶ Undecima propositio est maioris admirationis cunctis aliis astronomicis: ꝛ philosophis forte nauseam mouebit: errore tamen ipsorum: quia vnicuiqꝫ in arte sua credendū est: ꝛ philosophia cum sit famulans ꝛ subalternata huic astronomie: lumen certe prestabit philosophie ꝛ aliis facultatibus ratione constantibus: ꝛ sine hoc lumine astronomico non contingit quēpiam recte sapere in aliqua arte: quia non resoluet sua principia vltimo resoluenda ad hec diuina: de qbus in de felicitate latius infra agetur. Dixi Nauseā philosophis mouebit. s. ꝙ planete adinuicem suscipiunt peregrinas impressiones (non tamē corruptiuas) Influunt enim diuersas proprietates ꝛ q̄litates vel naturas in ipsis gradibus zodiaci primi mobilis. Qui sic qualificati producunt varios effectus in ipsis speciebus inferioribus: quandoqꝫ alterando aerem per qualitates manifestas vt frigiditas Saturni: vel intēsa caliditas Martis. Quādoqꝫ occulte infirmādo Socratem tātum ꝛ non Platonem: cuius directio vel reuolutio peruenit ad significatorem in sua radice vel natiuitate mortem promittentem. Nullo t̄n sidere vel charactere in illo gradu tunc existente: Sed cum talis gradus ad ylec vel horoscopum peruenerit natura vniuersi memor regitiua totius producet effectum conformem qualitatibus iāduduꝫ ibi impressis.

¶ Ex quibus patet ꝙ planete omnes dant sanitatem ꝛ infirmitatem: vitam ꝛ mortem: veluti cause secundarie naturaliter agentes ex diuina prouidentia eis sic instituta. Deus nanqꝫ (teste Augustino) causas secūdas adeo disponit vt illas proprios motus agere permittat: ꝛ ideo ad perfectum iudicium habendum egritudinis ꝛ exitus eius necesse est ꝛ ad radicem (que natiuitas est) respicere.

Capitulum quartum. De probationibus propositionum.

Prima propositio probatur secūda ꝛ similiter tertia per deducta in capitulo tertio de modo collegiandi: ꝙ elementa sunt formaliter in mixto. Quod mixtum contrahit ab illis proprias passiones: operationes: atqꝫ motus. Tollere enim proprias opationes est tollere propriam essentiam. Passio enim consequit̄ subiectum sicut vmbra corpus. Humorum ergo quisqꝫ habebit ab intrinseco motus ꝑprios ab elementis: ꝛ non a stellis: luna vel planetis: q̄uis causa morborum ab illis dependeat vt effectus a propria causa extrinseca ꝛ completa.

¶ Quarta propositio probatur per idē capitulum tertium de modo collegiandi: ꝙ planete sunt cause efficientes ꝛ principales inferiorum effectuum naturalium. Ergo ꝛ egritudinum: ꝛ mortis. Illa enim causa que causat egritudinem causa erit ꝛ intēsionis ꝛ remissionis egritudinum omnium: nihil enim est in terris nisi illud fuerit prius virtualiter ꝛ causaliter in celis: quod etiam Auicenna in febre

in febre pestilentiali tenere videtur.

¶ Quinta propositio patet in quinto libro magne cōpositionis Almagesti ⁊ per Auctorem de motibus planetarum in theoricis.

¶ Sexta propositio ⁊ septima clara est: ex secundo quadripartiti Ptolomei: vbi agit de aspectibus planetarum ⁊ de harmonia celesti: que constat ex concentu ⁊ proportione aspectuum. Qui causati sunt ex determinato numero graduum: non omni sed sonori aspectus: ⁊ armoniam celestem causantis. Planeta enim in horoscopo partiliter constitutus non aget in secundam domum sed bene in tertiam quartam ⁊ quintam domos: septimam etiam nonam decimā ⁊ vndecimā neq̄z aget in sextaz octauā neq̄z duodecimā.

¶ Octaua propositio est tota practica: que experitur esse vera ex parte rei. Habet tamē rationem in se: quia planete maiorem effectū producunt q̄z ipse zodiacus. Ideo quando luna est existens cum planetis plus sumitur de iudicio: q̄z si eadem esset in aspectu ad gradum decubitus ⁊ sine aspectu aliorum planetaꝝ. ¶ Secunda etiam pars ꝓpositionis patet: quando enim Socrates non febrit vel febris nō periodicat lune aspectus non sic operantur in egrum: quantum operantur in bonum vel in malum quando in tali paroxismo est in aliquo aspectu aggrauans virtutē vel ipsam subleuans.

¶ Nona propositio. Ratio none propositionis est naturalis: quia Socrati nascenti sunt congenite influentie ad sua accidentia naturalia: que verificantur post in diuersis directionibus: reuolutionibus: atq̄z profectionibus: que omnia dependent a prima radice natiuitatis. Ideo resolute velle scire exitum alicuius accidentis vel infirmitatis est reducere hec ad sua principia propria: in quibus hec omnia latitāt. Habita ergo hora sensibilis lesionis: quam inuenies in suis causis ⁊ a causa supra effectuz ⁊ post ab effectu ad causam regrediendo omnia annexa inuenies: ⁊ sic de pronosticis recte iudicabis.

¶ Decima propositio. Sicut omnes virtutes (alternatis vicibus) in hec inferiora continue influunt: sic per solam lunam (que est partialis causa) non erit adequatum iudiciū neq̄z totalis erit faciēda pronosticatio de infirmis per solam lunam.

¶ Undecima propositio. Ista propositio habet plures partes atq̄z membra: sed primuz probatur per eclipsim lune: in qua luna perdit lumen proprium per interpositionem terre. Tunc alteratur: ⁊ recipit peregrinas impressiones priuatiue: quia tenebras: recipit iterum ⁊ impressiones nouas positiue: quia lumen a sole: non tamen luna corrumpitur sed alteratur. In quo quidem gradu zodiaci imprimitur quedam mala potentia producendi fere infinita accidentia per diuersam mixtionem: tam per diuersos aspectus diuersorum planetarum: q̄z per diuersaz corporalem existentiam planetarum: in eodem gradu sic qualificato a duobus luminaribus oppositis diametraliter: qui sunt ad vnum effectum causandum concordes. Quando enim luna quadrato aspectu locum eclipsis respexerit ⁊ fuerit signum aqueum: pluuias certe producet ⁊ seuas in aere mutatiōes. Si etiā gradus ille introitū solis in principiū arietis minaci radio respexerit totius anni defectuz annone promittet. Si etiā fuerit in signo humano certe species humana plus patietur: q̄z species brutorum: magis tamen patietur ille natus: in reuolutione cuius ille gradus male affectus per eclipsim: per directionem peruenerit ad ylec vel significatorē alicuius euentus: vel ad horoscopum: faciet certe Socratem infirmari a forti causa: ⁊ non Platonem: ad horoscopum cuius nondum peruenit talis ataxit vel direct o: nulla tamen causa ibi tunc existente: quia non sunt ibi luminaria neq̄z eclipsis. Iam enim luminaria ab illo gradu recesserūt. Relique propositionis partes patent: quia probate sunt ibidem.

Capitulum quintum. De rationibus contra Hypo. Ga. ⁊ Aui. demonstrātibus ipsos male de diebus creticis determinasse.



Que quidem propositiones sic demonstrate erunt iudices recti ⁊ obliqui: ex quibus apparebit quid veritatis ꝯtineat doctrina Hypocratis: Galieni: Auic. ⁊ aliorum medicorum de pronosticis ⁊ diebus creticis. Nec expedit omnia in medium modo proponere: sed ea que maiorem difficultatem pre se ferunt. Neq̄z auctoritas tantorum virorum aliquem seducat. Si enim Aristotilis philosophorum Principis apud bene sensatos non valet: nō video cur rationi potius acquiescere non debemus q̄z alicuius auctoritati: etiam Hypocratis: Galeni vel Auicenne. Presertim vbi agitur de salute generis humani. Age ergo: cum omnis contradictor quando est super veritatem in primis est. ¶ Pellamus tenebras illorum parum in philosophia ⁊ minus in astronomia fundatas: cuius nudi extitere. Et de pronosticis atq̄z de diebus creticis agamus. Nemo certe ad perfectiorem gradum cognitionis per quascunq̄z scientias alias perueniri poterit: q̄z per scientiam precipuam pronosticorum. De qua lꝫ Hypocrates ⁊ Gale-

nus modicum degustauerunt : non tamen
digesserunt. Cibum ergo ipsoꝝ semicrudum
tentabimus digerere: ponentes modos eoꝝ
imperfectos: immo contrarios adinuicem: ⁊
sibi ipsis non constantes. Forte quia scientie
tales tempore ipsorum resolute nõ extitere.
Maxime tempore Auicẽne: de qbus ipse pa
rũ admoduꝫ degustauit. ¶ Hypocrates aũt
particula secunda aphorismoꝝ. xxiiij. aliq̃leꝫ
Theoricã nobis posuit de dieb⁹ creticis ꝓno
sticandis: que non theorica sed potius confu
sio omnibus medicis collegiantibus existit.
Cuius erroreꝫ monstrabimus aperta ratio-
ne. Dixit enim ꝙ quarta est indicatiua septi
me: ⁊ octaua erit principium secunde hebdo
made: ⁊ vndecima est contemplaria: quia est
⁊ quarta secũde hebdomade. s. decimequar-
te: ⁊ etiam quia est prima a decimaseptima:
que decimaseptima est etiam contemplaria
quia est quarta ipsius ratione. s. tertie hebdo
made. ¶ Ex qbus dictis clare constat omnia
voluntarie fuisse dicta : ⁊ nullam rationem
sequuta. Primo quia hebdomadam secun-
dam non posuit continuatam cum prima: si-
cut posuit: principium vel hebdomadam ter
tiam continuatam cum hebdomada secun-
da. ¶ Sequit̃ ⁊ secundum inconueniẽs. s. ꝙ
vndecima est quarta ipsius decimequarte: q̃
est ⁊ quinta ab ipsa septima. Pari ratione ⁊
quarta. s. tertie hebdomade: que est decima
septima deberet esse quinta ab ipsa decima
quarta: ⁊ tamen posuit esse quartam ⁊ non
quintam ab ipsa decimaquarta. ¶ Sequitur
⁊ tertium maius inconueniens. s. ꝙ ista diui-
sio dierum iudicialium nõ conuenit adequa-
te: neqꝫ cum lune cursu: quo ad eius aspect⁹:
⁊ minus conuenit cum horis particularibus
inuasionis paroxismoruꝫ febris tertiane acu
te: que habet motum de tertio in tertium vel
eiusdem proportionem: que periodicationes
sunt applicande ad cursus vel aspectus lune
cum gradu hora decubitus: vt probatum est
supra per nonã Propositionem: ꝙ luna exi-
stente vacua cursu vel sine aspectu ad gra-
dum decubitus: nullum fit iudicium de crisi.
Probatur etiam: q2 die quarta luna non est
in aspectu aliquo: neqꝫ febris periodicat: sed
bene die quinta currente : quoniam erit in
aspectu sextili : ⁊ etiam in eadem die febris
periodicabit : vt clare patet in nostro men-
se medicinali sub die Iouis in primo aspectu
sextili. Si ergo die Mercurij: que est quarta
a die solis in qua Socrates cepit febrire fe-
bre tertiana : die quarta non febriet : ergo
virtus in quarta die non pugnabit cum mor
bo: quomodo ergo medicus per non pugnaꝫ
iudicabit de crisi futura? certe non: ⁊ eadem
ratione sunt impugnãdi dies iudiciales Hy-
pocratis sic absolute prolati sine ordine ad
cursum lune ⁊ sine respectu ad dies maioris
exacerbationis febris. Auicẽna autem in ca-
pitulo secundo secunda quarti tractatu secũ
do. Cum narrasset diuersas auctorum posi-
tiones: quomodo tempora crisium febrium
acutarum mensurantur per cursum lune: cer
te defecit in iudicio. Forte quia ipse operam
planetarum cursibus: ⁊ iudicijs stellaruꝫ nõ
dederat: ideo neqꝫ sciuit se resoluere: que il-
larum esset potior. Sed si in huiusmodi scien
tijs resolutus fuisset istam materiam iudicio-
rum per stellas (vt per causas principa-
les) ad vnguem resoluisset. Damnauit ta-
men Hypocratem in fine eiusdem capituli:
scilicet ꝙ sermo eius fuit ante q̃ꝫ bene sciret
esse de diebus creticis. ¶ Si ergo ista sciẽtia
Astronomica non erat tempore Hypocratis
⁊ fuit tempore Auicenne: quare ipse resolute
non pertractauit istas pronosticationes tam
nobiles atqꝫ medico necessarias? Sed magis
declinare voluit ad viam sinistrã: in qua sunt
labores ⁊ errores continui. s. iudicare per eã
que apparent cum crisibus multis: ⁊ per alia
accidentia fallacia. ¶ Et dixit ꝙ medico nõ
ptinet scire: que sit causa crisis. Quoniã inue
stigatio illius cause naturalis vel Astrono-
mice trahit medicum ad aliam artem. Sed
oportet (inquit) ꝙ sermo medici sit de dieb⁹
crisis ꝺm semitam experientie sensate. Quã
quidem rationem sue confusionis cum ho-
nore suo poterat pertransire: quia concludit
ꝙ ad medicum non pertinet cognoscere dies
creticos per causas veras ⁊ adequatas cor-
porum celestium: sed tñ per ipsa materialia
⁊ ab effectu : in quibus accidũt errores ma
nifesti propter indeterminationem materie
solitarie accepte: vt non reducuntur ad cau-
sam proximam ⁊ vltimo remotã. Neqꝫ talis
cognitio distrahit medicum ad aliam artem:
quam necessario ars medicine presupponere
debet. Sicut eniꝫ medicina p̃supponit philo
sophiã ⁊ illa dialecticã. Medicus enim eque
bene sillogizat in arte ⁊ facultate medicine:
sicut etiam pertractat multa naturalia appli
cando ad artem ⁊ ad sanabilitatem. Homo
eniꝫ est subiectũ philosophie naturalis: ⁊ idẽ
homo est etiam cõsiderationis medicine: in-
quantum est per artem sanabilis : sic etiam
mutuare ab Astronomia quaꝫ presupponere
debet ⁊ applicare ad pronostica de futura sa
nitate ⁊ morte vꝫ cõgruere: qm̃ de futuris ꝑ
nullã sciẽtiã aliã medicus bñ ꝓnosticari põt
sicut per Astronomiaꝫ. ¶ Rõnes autem no-
stre si bene procedunt contra Hypocratem
atqꝫ Auicẽnam: militabunt etiam contra Ga
lienum ⁊ maxime contra eius diuisionẽ men
sis medicinalis in dies. xxvj. cum dimidio:
demptis

demptis duobus diebus cum dimidio: in quibus luna non lucet: destructo equidem eius fundamento & falsis suppositis: tota eius acceptio mensis medicinalis corruet. Quod dupliciter patet. Primo: quia luna in illis duobus diebus plus operatur mali: quam in quocunque alio die. Unita. n. sunt duo luminaria in unum effectum producendum: ex quo non solum quattuor elementa contremiscunt: verum etiam omnia elementata patiuntur. Retia in mari & omnes pani corroduntur: aeres alterantur infirmi & debiles resoluuntur: & omnia humidam substantiam habentia diminutionem suscipiunt manifestam. Luna etiam in illis diebus lumine priuata non est: sidus enim eius medium versus solem semper illuminatum est: preterquam in eclipsi: quando deperdit totum lumen: neque per hoc virtute agendi priuata est: sicut luminaribus sub horizonte existentibus continue gubernant vniuersum: quibus circumscriptis omnia ruerent naturaliter. Ideo illa Galieni subtractio duorum dierum cum dimidio vana est: & per consequens reliquorum dierum diuisio in. xiij. dies & quarta diei &cet.

Capitulum sextum. Rationes contra recentiores male sentientes de diebus creticis.

Arguere priscos patres tempore quorum scientia Astronomie non vigebat non satis licet: immo certe excusandi sunt: sed non video excusationem valere modernorum temporibus: quorum tempore Astrologia perfectionem satis intensam videtur habere: & tamen video quosdam in suis tractatibus de diebus creticis: theorico atque practico negotio ab Astronomica veritate declinare: quibus satis compatior: quorum alter multa Astronomica modo vera modo simpliciter falsa sibi ficta in eodem tractatu de diebus creticis interseruit nescius Astrologie: fuit etiam sibiipsi contrarius ignorans vocem propriam: ea enim Astronomica que quandoque pro se adduxerat: eadem tamen in fine sue locutionis omnia Astronomica simul negauit: negauit & se ipsum: dum affirmaret quod boni & exercitati medici non inuenerunt differentiam in pharmacando vel flobotomando in nouilunio vel aliis aspectibus luminarium: negans actionem stellarum in hec inferiora: nisi forte agant aliquomodo vniuersali ipsi ignoto. Et addit quod dicta medicorum sunt arbitraria & valde vana de crisi propter materie indeterminationem. Cum autem eius scripta sint de crisi: ergo sunt arbitraria & valde vana: sit ergo ipse & sua omnia valde vana: qui vane credit quod medicorum pronostica sint valde vana: quem neque nominabo ne quid turpe perpetuetur. ¶ Nisi stomachum mouissent mihi hec: que lacerant & artes & artium inuentores & veritatem: existimarem certe non minus fatuum esse fatuas positiones impugnare: quam sunt ipsius fatue positiones. Sed ne quis minus edoctus atque perspicax in hiis labatur: quantam in se veritatem contineant: & ex quibus mediis constant: palam faciemus (quo fiet) vt quisque veritatis amator ex nostris veris rationibus veritatem manifestantibus simul & scientiam & vtilitatem non mediocrem consequetur. Ponit enim quod luna est fautrix virtutum: patet & experientia probatur (dixit ipse) accedente enim luna & crescente aqua: fere nunquam eger moritur: sed bene decedente. Ista quidem propositio vera est: quia singulis in horis hoc experitur esse verum: maxime apud hispanos: qui hec curiose obseruant. ¶ Tunc arguo ad hominem: quomodo ergo hec inferiora dependent a superioribus aliquomodo vniuersali nobis ignoto: si illa actio lune fautrix virtuti limitetur atque verificetur in hiis horis terminatis. s. de sex horis in sex horis: in quibus luna ascendit vel descendit & mare fluit & refluit: fluendo fauet virtuti & eger non moritur & refluendo subtrahit presidium virtuti: & sic destituta eger proxime moriturus: moritur. Si ergo concedit (& bene) quod per motum lune fit talis cognitio in particulari: quare non potest fieri iudicium magis verum per causas celestes magis fortes: quando. s. sunt magis vnite: ad vnum effectum producendum: & non inueniunt obiicem: neque contra operantiam aliarum stellarum ad illud impediendum: puta quando duo luminaria fuerint & in vnam naturam conueniant: vel stelle superiores a sole: tunc certe iudicium de futuris euentibus erit facile: immo clausis oculis & aperto ore non satis enuntiare poterit: quin magis dicendum restaret & illud est verum. ¶ Quare ergo non sic de pronosticis erit iudicandum: nonne probauimus quod stelle agunt in quattuor elementa: & etiam in omnia elementata ergo in humores hominum: qui ex elementis formaliter constituti sunt: quorum actiones scite sunt: quia terminate actionis: ergo & scientie: de quibus supra satis demonstrauimus: ergo pronostica medicorum vera possunt esse & non valde vana. ¶ Quod autem subdit quod cause bone crisis sunt mali aspectus lune: quadrati. s. & oppositi. Qui fauent virtuti & contrariantur morbo: & ideo fit crisis bona in decimaquarta: quia virtus aucta propter aspectus malos insurgit ad pugnam. Quis posset somniare maiores fatuitates in Astrologia: probatum est enim supra: quod neque virtus debilis neque fortis facit

periodos diuersaꝝ febriũ: sed ipsi humores di uersi a tota sui substãtia habent motus diuersos et solum a malis aspectibus maloꝝ planetarum putrefiunt ⁊ virtutem stimulant ⁊ quanto magis stimulatur tanto maiore conatu virtus per se intendit producere ⁊ pugnare per naturam ⁊ cõtrarijs resistere. Uirtus enim in hora quinta non pugnat: quia stimulata non est neqȝ insurgit ad pugnã: q̃uis sit fortis. Nõ ergo mali aspectus fauẽt virtuti: immo eius oppositũ est verum. s. ꝙ mali planete ⁊ mali aspectus eorum producũt in nobis morbum: ergo nõ fauẽt virtuti. Neqȝ boni contrariãtur virtuti: immo fauent: quia tales generant ⁊ nos in sanitate conseruãt. Sicut Juppiter Uenus ⁊ Luna ⁊ Sol ꝑ aspectum. Mars vero ⁊ Saturnus abscisores vite existũt: prius infirmando nos: alij vero planete per accidens: sicut Mercurius: qui est bonus cum bonis ⁊ malus cuȝ malis existit: sortitur enim naturam planete cum quo inuẽtus fuerit: forte propter debile esse ipsius: de quibus latius isra. ¶ Ex qbus solui poterunt questiones cõtingentes in materia ista. ¶ Neqȝ possum silentio pertransire dictum eius. s. ꝙ medici exercitati non inuenerunt differentiam: in pharmacãdo vel flobotomãdo in nouilunio: vel alijs malis aspectibus lune cum sole. Quero tamen ab ipso: si ille sit vnus de illis sic exercitatis ⁊ bonis medicis: qui non adinuenit diuersitatem in flobotomando ⁊ pharmacãdo suos infirmos in plenilunio vel nouilunio. Caueat dicere ꝙ sic: quia viles muliercule leuãtes pãnos: essent magis prudentes ipso: que nouilunium vel coitum lune cum sole obseruant: ne pãni in illa hora loti corrodantur: ⁊ piscatorum retia in mari tunc existẽtia corrũpantur. ¶ Censuram etiam Hypocratis incurret dicentis ꝙ quisqȝ caueat a medico ignorãte Astrologiã: quia stelle: confundunt ⁊ alterant quattuor elementa confundunt ⁊ quattuor humores: quare ipse stelle in suis aspectibus sunt confuse: humoribus autem stantibus confusis ⁊ ipsis in ebulitione positis: si pharmacia vel flobotomia illa in hora exhibeatur: certe eq̃liter humores boni pariter ⁊ mali effluent. Neqȝ virtus regitiua totiꝰ regulare poterit contraoperantiam tanti influxus: ⁊ q̃uis eadem virtus sit magis sollicita per se: vt retineat magis apud se bonos humores q̃ȝ malos: tñ superata a confusione ⁊ ebulitione humorum per combustionem luminarium causata superatur: ⁊ indifferenter humores per pharmaciaȝ vel per flobotomiam effluunt: Uirtus etiam disgregatiua non potuit contra tantam contraoperantiã disgregare: quo fit vt in illa hora medicina exhibita educit humores bonos ⁊ malos. Propter quid aũt medicine quandoqȝ operantur laudabiliter educendo humores peccantes sine resolutione virtutis ⁊ virtus subleuatur: ⁊ eedem medicine quandoqȝ laboriose soluunt seua accidentia producentes: de quibus medici imperiti solent admirari conantes assignare nõ causam: vt causam. s. ꝙ materia fuit bene disposita vel indisposita: sed verã causam ignorant de quibus post dicturi sumus.

Capitulum septimũ. Rationes contra alios modernos male sentientes de diebus creticis.

Est ⁊ alter qui in suo libello de diebus creticis secutus est errorem Ptolomei in enunciato sexagesimo centiloquij ponẽtis figuram sexdecim lateruȝ: in qua distributus est zod acus ad equas portiones in gradus. s. vigitiduos minuta triginta: pro singulo latere ad quam diuisionem equalem graduum ⁊ laterum debebat etiam diuidere ⁊ tempus per quod luna perambulat dicta sexdecim latera. s. dies vigintiocto: qui mensis medicinalis dicitur: ⁊ tamen posuit diuersitatem multam ⁊ incompossibilem. In primo enim latere posuit dies tres: in secundo diem vnum: in tertio vnum diem: in quarto autem duos dies: qui collecti sunt septem dies: ⁊ sicut prima quarta huius figure est diuisa: sic etiam relique tres quarte sunt diuise. Implicat enim contradictionem: ꝙ spacium per quod luna perambulat sit equaliter diuisum: ⁊ luna moueatur equaliter: ⁊ ꝙ tempus sit inequale: in quo luna mouetur ⁊ perambulat singula latera: quod quideȝ impossibile probatur. Mobile enim motum equali velocitate semper ⁊ spacia sunt equalia equale erit ⁊ tempus. Sed luna equaliter mouetur: quia in diebꝰ vigintiocto (vel circa) ꝑtransit sexdeciȝ latera: que latera sunt eq̃lia ⁊ spacia equaliter diuisa: quia vnũquodqȝ latus in gradus vigintiduos ⁊ minuta trigĩta: et tẽpus etiam erit equale necessario: cuius oppositũ auctor posuit: põnes diuisionem laterum equalem: ⁊ gradus zodiaci equales: ⁊ lunam moueri equaliter: ⁊ tamen posuit in diuersis lateribus diuersitatem dierum: modo enim posuit vnum diem: modo duos: modo tres dies. In quibus luna pertransit eq̃li motu equalia latera: quod nullus intellectus capere põt nisi Auctoris. ¶ Arguo etiam cõtra Ptolomeum ⁊ contra istum eius vanum in hoc imitatorem: deducendo ipsos ad impossibile: q diuiserũt figurã sexdecim laterũ ad equales diuisiones stante obliquitate zodiaci ⁊

diaci ⁊

diaci & horizõtis: quero modo ab illis quã-
tum eleuabitur polus supra circulum posi-
tionis in istis angulis equalibus? vel vbi erit
conuentus istarum domorũ: in polo ne mun
di: vel polo zodiaci? aut in cõmuni sectione
horizontis & meridiani. Nõ in aliquo istorũ
triũ locorũ: quia in illis aree vel capacitates
domorum continue variantur: neq; conuen-
tus domorum rationalis potest esse alibi: er-
go ista positio & diuisio domorum est impossi
bilis neq; itelligibilis: preterq̃ a solo Pto-
lomeo: & isto auctore: qui sequutus est ipsum:
propter debilitatem eius intellectus & iudi-
cij ad pauca respicientis. ¶ In suo etiã enun
ciato decimoseptimo iudicat esse lune p sin-
gulos angulos sexdecim laterũ: ac si luna es-
set in singulis angulis in aspectu gradus loci
decubitus. ¶ Probatũ est eni; supra propo
sitione quarta & quinta auctoritate Ptolo-
mei: ex primo quadripartiti: q planete non
agunt in aliũ gradum extra se: nisi per aspe
ctum: vt planeta existens in duodecima do-
mo non aspicit horoscopu;. Cuius oppositũ
dicit Ptolomeus in dicto verbo sexagesimo
centiloquij non memor vocis proprie in pri-
mo & tertio quadripartiti: vbi ponit q plane
ta non aspiciens ascendens non põt esse ylec.
Et hic ponit in omni distãtia omnium laterũ
esse lune obseruandũ fore. ¶ Ex quo patet:
q error Ptolomei seduxit & alios male reso
lutos in scientijs & deficientes in iudicio.
¶ Ponit & aliud nulla ratione neq; experiẽ
tia comprobatum. s. q luna est causa cretico-
rum in morbis diarijs. Sol vero in mẽstruis
& ceteri planete in annis. Ista doctrina certe
est aliena ab omni veritate & experiẽtia. Pa
tet: quia Sol Venus & Mercurius peragũt
suos orbes equali in tempore. s. per annum.
Omniũ enim est idem medius motus: qua-
re ergo omnes tres non sunt causa creticorũ
equaliter: vel in mẽstruis vel in annuis: si mo
tus omnium est equalis: & tamen posuit solẽ
esse causam in mẽstruis: & planetas reliquos
in annuis. Volũtaria est ergo hec ei⁹ positio
& diuisio. Nã oẽs certe sapiẽtes: Indi: Ba-
bilonici: Caldei: Egiptij: Greci atq; latini cõ
uenerunt in hanc sententiam ratione & expe
rientia comprobatã; q omnes planete cum
stellis fixis sunt cause adequate omnium ef-
fectuum naturalium in hijs inferioribus: & q
vnaqueq; stella (secundum diuersum gradũ
intensum pro diuersitate potentiarum & vir-
tutum) est concausa partialis & secundum
q diuerse cause partiales generant Socra-
tem & alie Platonem in diuersis temporib⁹
stante etiam diuersitate materie parentũ vel
aliorum genitorũ: ita diuersos effectus produ
cunt in hijs diuersis suppositis: quo fit vt in

eadem hora Socrates infirmetur & Plato
vxoretur discurrentibus nobis per omnes
effectus mundi reducibiles ad causam effici-
entem eis propriam. Sicut enim in natiuita
te iudicamus per omnes planetas & stellas
nobis notas per suas naturas essentiales &
accidentales: sic etiam in ipsis morbis iudi-
candum erit de pronosticis & de diebus cre-
ticis. Sed q̃a luna habet motum velocem &
proxima nobis existit: lumen a sole reci piẽs:
nocti dominatrix: humiditatis productiua:
sua velocitate virtutes omnes & influentias
aliarum stellarum de ordine in ordinẽ trãsfe
rens: aucta lumine motu & dignitate: ideo au
get omnia: que humidã substantiam habent:
& eadem diminuta virtutẽ per accidens sub-
trahit & minuit eisdem que humide nature
existunt: quod maxime apparet in debilib⁹
& egris qui a modicis leduntur & alterantur
sensibiliter. Ideo prisci patres lune cursum
in pronosticis obseruari iusserunt: non tamẽ
vt causam totalem sed partialem: magnam
tamen partem conferente; (vt in pluribus)
propter potentias & conuenientias quas ha-
bet in humorib⁹ & humiditatibus alterãdis.
¶ Solutis mõ erroribus priscorũ patrũ & re-
centiorum ponamus modum proprium non
prius positum: sed scientificum de cognoscen
da essentia morborum per causas proprias
& adequatas. Judicium certe dierum creti-
corum presupponit cognitionẽ essentie egri-
tudinis: que non prius cognoscitur q̃; cause
omnes cognoscãtur efficientes. s. & materia-
les: efficiẽtes vero sunt luna & planete. Ma-
teriales vero sunt humores peccãtes cũ eorũ
accidentibus. Que per multas crises appa-
rẽt. Nulla enim causa celesti existente: neq;
morbi: neq; egritudines certe erunt: neq;
aliquis alter effectus in tota sphera actiuo-
rum & passiuorum. Probatum est enim su-
pra propositione secunda q stelle nõ causant
humores neq; periodos eorum: quos quili-
bet sibi proprios a natura determinat: sed be
ne stelle sunt cause: q ipsi alterantur atq; cor
rumpuntur & febres generantur ad quas &
mors contingit. Sicut enim stante aeris sere
nitate breui in tempore & p̃ter opinionẽ mul
torum per stellas subite producuntur muta-
tiones aeris: & pcelle cum vi ventorum: cor-
ruscatiões atq; tẽpestates: quare ergo nõ sic
eedem stelle cause sunt alterationis humorũ
atq; eorũdem corruptionis? qui ex elemen-
torum formis constant: stante enim sanitate
nulla sensibili precedẽte oppilatione vel ma
lo regimine in sex rebus non naturalib⁹ So
crates a febre maligna subito arripitur: quod
manifeste apparet in epidimia & febre pesti-
lentiali: que nõ nisi per figuras celestes cau-

santur. Sapientes enim omnes conuenerũt
in hanc sententiam experientia comprobatã
⁊ rationi consonam: ꝙ diuersi stellarum con-
uentus Solis ⁊ lune in eclipsib⁹ ⁊ alijs con-
iunctionibus magnis ꝓducũt diuersas epidi
mias atq₃ morbos in diuersis suppositis di-
uersimode dispositis: modo magis vnũ cor-
rũpendo ꝙ̃ alterum: secundum ꝙ diuerse di-
rectiones abscisorum in diuersis natiuitati-
bus perueniunt ad suos terminatos promis-
sores. Neq₃ hoc cõtingeret: nisi in celis esset
quedam lis ⁊ amicitia. Sunt enim planete
qui promiscue ⁊ per naturam se diligunt ⁊
adinuicem conueniunt: sunt etiam qui nullã
ꝯuenientiã sed mutuo se odio habẽt: vt Sol
odit Saturnũ. Sol enĩ calidus ⁊ luminosus
est virtual'r ⁊ Saturn⁹ est frigidus ⁊ tenebro-
sus. Sol nobilis ⁊ regius: Saturnus vilis ⁊
fetidus: Sol magnanim⁹ ⁊ Saturn⁹ inuidus.
Sol ẽ genitiu⁹ ⁊ vite auctor. Hic ꝟo vite ab-
scisor: Sol annone auctor est. Saturn⁹ annõe
d̃structor existit: qñ sunt dñi in reuolutionib⁹
annorum vel natiuitatum. Ubi enim sol ex-
altatur Saturnus cadit: vbi etiam sol cadit:
Saturn⁹ exaltał. Talis ẽt apparet inimicitia
naturalis in mineralibus eisdẽ planetis sup-
positis: quod est quid mirum in natura. Au-
rum enim a plumbo patitur alterationẽ ma-
nifestam. Si enim plumbo admisceatur vel
etiam si supra fumum plumbi liquefacti te-
neatur: aurum certe efficietur frangibile: sed
si ad cupellam ambo ponerẽtur: certe plum-
bum penitus destruetur: ⁊ non se simul cõpa
tiuntur. Hic etiam Saturnus per naturam
abscisor est ⁊ sua frigiditate vite omnium cõ-
trari⁹ existit. Similiter est etiã naturalis ini-
micitia ipsius Martis cũ omnibus: ideo ipse
ẽt abscisor viuentiũ fortis existit. Quando ꝑ
directionem vel applicationem ad datorem
vite peruenerit. sua enim ignea ⁊ innata in-
fluentia maligna obuiãdo abscindit. Sed be
ne cõueniunt Sol Luna Uen⁹ ⁊ Juppiter: q
datores vite existunt ⁊ mutuo se amplexanł:
sic etiã mineralia ipsis subiecta se cõpatiunł.
Aurũ enĩ argentũ ⁊ cuprum admixta se cõ-
patiuntur ⁊ amplexantur amicabiliter: Ue-
nus autẽ ⁊ eius minerale (quod est stagnũ)
hijs tribus admixta propter sui crudam fri-
giditatem non se compatiuntur adinuicem:
dicant quicquid velint archimiste dicentes
ꝙ es metallum est ipsius Ueneris: ⁊ stagnũ
ipsius Jouis: immo totum oppositum est ve
rum. Juppiter enim qui est diurnus mascu-
linus calidus ⁊ humidus tẽperatus auctor
vite ⁊ generatiõis: quomodo ipsi iure potest
appropriari stagnum: quod est frigidum su-
perflue ⁊ humidum habens naturam crudã
⁊ corrũpentẽ multoꝝ. Si enim ipsi auro aut
argento vel eri admisceał: certe non se com-
patiuntur adinuicẽ: sed frangibilia fiunt oĩa:
si enim stagnum esset ipsius Jouis: tũc ⁊ sta-
gnum amicabiliter coniungeretur ipsi auro:
sicut Juppiter cõuenit ipsi soli. Omnis enĩ
planeta conuenit in natura proprio metal-
lo: non ergo Juppiter conuenit ipsi stagno
frigido: sed bene es calidum conuenit Joui
calido: ⁊ stagnum frigidum superflue ⁊ hu-
midũ conuenit nature Ueneris: q̃ frigida est
⁊ nocturna ⁊ feminina. ¶ De substãtia autẽ
argẽti viui multa possunt dici digna admira-
tione: quia est quedã natura humida ad for
mam aque: que fluit ⁊ humectat: argentum
autem viuum fluit nõ tamen humectat: ignẽ
non sustinet sed libenter euolat: cum rarefa-
ctum est: ⁊ iterum redit ad formam pristinã:
⁊ est quedã materia in actu sine forma perfe
cta appetens alias formas (vt perficiatur)
multis enim metallis copulatur: est cũ bonis
bonus ⁊ cũ malis malus: sic cõtingit ⁊ Mer
curio: qui forte ꝓpter eius debilẽ virtutẽ cui
planete copulatur eius naturam sortitur: fre
quẽter a sole comburitur: euolat tamen ⁊ in
pristinam naturam ⁊ formam redit: ⁊ solem
contemnere videtur: sicut ⁊ argentum viuũ
ipsum contẽnit ignẽ. ¶ Liceat nũc queso pa-
rum digredi contra archimistas: qui vana
spe ducti credunt formã auri ⁊ argenti pos-
se multiplicare: quam formam sulphur citri-
num vocant ipsius auri: ⁊ sulphur albũ ipsi⁹
argenti. Credunt etiam ex metallis imper-
fectis aurum vel argentum posse generare:
quorum vtrunq₃ videtur esse impossibile.
Si enim natura nouerca subtrahaxit mediũ
nobis: vt formas substantiales: quidditates:
⁊ vltimas differentias ignoremus: quia sen-
sus ad ipsas non se profundat: de qbus cor-
tices ⁊ non medullas cognoscim⁹: quomodo
Archimiste taliũ ignari sperant posse scire sa
gacem operationem ipsius nature in produ-
ctione metallorum in visceribus terre: igno-
rantes quando ⁊ ex qua materia metalla ⁊
lapides producti sunt: qui simul cum mine-
ris omnibus ⁊ immediate existunt. Neq₃ ibi
apparet materia ex qua metalla de nouo
possint generari (vt ipsi fingunt ꝙ argentũ
viuum est materia omnium metallorum: cũ
nullibi sit argentum viuum: vbi sunt minere
alie. Patet quia si eri in aurum volendo con
uertere medicina applicetur: vt alterationi-
bus ignis ⁊ corruptionib⁹ eius resistere pos-
sit: quero si illa medicina secũda indiget alia
medicina: ne per ignẽ corrumpatur? Certũ
est ꝙ sic: tũc querenda est ⁊ tertia medicina:
que preseruabit priorem ab alterationibus
ignis: quare daretur processus in infinitum.
Cum autem es corrũpatur ab igne ⁊ medi-


cine

cine omnes similiter corrũpuntur: qa omnia sub cõcauo orbis lune ab igne corrumpũtur preter aurũ & argentũ: q̃uis multũ resistat: tamen in fine & ipsum corrumpitur. Ergo es non conuertetur in aurum & minus reliqua mineralia: quia per artem non fit: q ab igne non corrumpatur sicut aurum: ergo vana est spes archimistarum opinãtium ex non auro posse facere aurum: ignoratur enim medium quomodo natura operatur in visceribus terre. ¶ Neq etiam sulphur auri & argenti extractum ex auro & argento (si fit extractio) põt multiplicari per eandem rationem: quia qđ illi addetur illud est corruptibile per ignem. Neq ipsũ sulphur in se multiplicabitur: qa non recipit nutrimentum ad intra: qa non est viuum: ergo ex non auro non erit aurum: et p ɔñs ars archimistarũ vana & sophistica est. ¶ Neq verum est dicere q possunt minerã imperfectam a sua lepra mundare: quod sic mundatum remanebit aurum vel argentũ: lepra enim illa est sua forma & sua operatio vel passio: tollere enim propriam operationẽ entis est substantiam eius tollere: neq tale mundatũ (si mundari potest) remanebit aurum: quia sunt species distincte: vna enim nõ participat alia. Hec aũt volui dixisse: compatior enim multis: qui tali morbo laborant: qui si hec nostra legerint & bene speculati fuerint: forte a sua lepra ignorantie mundabuntur: hec ipsis modo sufficiant: & nostra cepta ɔsequamur. ¶ Est ergo naturalis amicitia & conuenientia stellarum actio & cõtraoperantia & peregrinarum impressionum mutua receptio non tamẽ corruptiua: vt patet in eclipsi lune: que totum lumen amittit: & iterum nouum lumen recipit nõ corrupta lune substantia: mixtio tamen illarum stellarum siue amica fuerit siue inimica: transeat: non tamẽ actu fit frigida vel calida. Neq philosophia naturalis hoc admittit: sed bene virtualiter: cũ suis.n. influentijs producunt has passiones omnes in sphera actiuorum & passiuorũ: per amicas enim constellationes supposita indiuiduorum conseruant & per non conuenientes corrumpunt. Omnes ergo passiones sanitatis atq egritudinis reducũtur ad celestia corpora tanq̃ ad sua principia: non enĩ Socrates generat: nisi illud p stellas sibi cõcessũ fuerit in natiuitate: sic neq ĩfirmatur. ¶ Querẽda ẽ ergo hora natiuitatis vel hora sensibilis lesionis: cuius dies cretica querenda est: ad quã celi figura equanda est: et planetarum situs obseruetur pariter & stellarũ fixarum prime vel secunde magnitudinis: q̃ in cardinibus reperte fuerint: grandes enim effectus solent producere pro qualitate nature ipsarũ. Figura tamen natiuitatis est illa que regulat omnes alias figuras: rami enim a radice pullulant & descẽdũt. ¶ Si ergo qs medicorum exacte negocium pronosticorũ scire cupit: conferat vtranq figuram natiuitatis.s. & principij egritudinis. Judicando primo vniuersaliter: vt in natiuitate solet iudicari: postmodum magis particulariter applicãdo esse ascẽdẽtis ipsi lune & soli ad pñtẽ egritudinẽ diligẽter ɔsiderando q̃ ɔstellatio causauit illã egritudinẽ: & quomodo se habebit luna ad planetas in aspectibus mẽsis medicinalis. Et si luna erit bñ affecta in decima q̃rta vel male: ad quã cognoscẽdã solicitudo medicorũ dz esse maxima. In decimaq̃rta.n. febres acute solent terminari ad salutem vel mortem. Ponende ergo sunt constellationes omnes que variant omnes morbos: quibus cognitis cognoscetur quando Socrates decubuit a forti causa: q̃ vt sic solet causare egritudinẽ terminabilẽ ad mortẽ: vt q infirmant tẽpore coitus luminariũ cum aliquo inimico aspectu Saturni vel Martis: tales nũq̃ vel difficillime euadunt. Uel qñ dñs ascẽdentis fuerit in domo mortis.s. octaua a domo in q̃ est male receptus. Pugna etiã malorũ in signis mobilibus si fuerit: certe erit ebulitio multorũ humorũ cũ alienatione mẽtis. ¶ Cõsideret etiã si virtus subito cadit. Si minere in venis magnis prope cor extiterint vel ad extra venas fuerint. Si eger audax vel timidus fuerit: & deniq si medicine ɔferẽt vel nõ. Quorũ omniũ & similiũ multorũ facilis erit cognitio et facilior pronosticatio: qui esse ascendentis & significatiores corporis & humorum & spirituum obseruauerit: similiter & planetas: qui morbi causa extiterunt & proficiet: si studiosus fuerit hec inuenire & maximũ egro iuuamentum prestabit: multa mala sibi contingentia precauendo.

Capitulum octauum. De modo equandi domos hora pricipij egritudinis que doctrina est generalis pro omni equatione domorum in Astrologia professione.


Um autem equatio figure hora principij egritudinis sit necessaria ad hoc vt per ipsam essentia morborum cognoscatur: & dies cretici omnes: omnes etiam passiones egritudinum vita & mors: vtile fore existimaui: vt metodũ breuem & facilem ponerẽ: quomodo figure omnes omni in hora dirigende sint: in quibus solo tacuino communi opus erit: & hac doctrina nr̃a generali & particulari. ¶ Sit autem Socrates qui febrire ceperit anno domini currente. M.D.xxvij. die mercurij nono octobris: hora.xxj. minuto

xliij. Primo ergo quero in tacuino locum so
lis in illa die: quem inueni in gradu vigesimo
quinto libre: cum quo gradu ⁊ signo quero
arcum semidiurnum in tabula quantitatis
dierum sub eleuatione poli tue regionis: pu-
ta iadre cuius eleuatio sunt gradus. xlv. ⁊
in angulo cõmuni inuenio arcuꝫ semi noctur
nũ: hore sex minuta. xxxviij. est aũt hic arcus
semi nocturnus: qa signa meridionalia sunt
ad extra posita: sed quando intras cuꝫ signis
septẽtrionalibꝰ: ꝙ ad itra areã tabule sunt po
sita: tunc est arcus semidiurnus: cui arcui se-
midiurno semper addũtur hore date. s. prin-
cipij egritudinis ⁊ proueniũt hore post me-
ridiem: subtractis horis. xxiiij. si talis acer-
uus excederet horas. xxiiij. Sed istum arcũ
seminocturnũ semper ꝑmo oportet duplare
⁊ ꝓuenit totꝰ arcus nocturnꝰ. s. hore. xiij. mi-
nuta. xvj. quas subtrahas ab horis. xxiiij. ⁊
remanet arcus diurnꝰ: hore. x. minuta. xliiij.
quem diuido per medium: ⁊ erit semi diurnꝰ
hore. v. minuta. xxij. quibus adde horas da-
tas. s. xxj. ⁊ minuta. xliij. ⁊ proueniunt hore
xxvij. minuta. v. subtractis aũt horis. xxiiij.
restãt hore post meridiẽ. iij. minuta. v. quas
horas serua. Et iteꝝ cũ gradu Solis ⁊ signo
intra tabulam domoꝝ ad latitudinẽ datã tue
regionis puta. xlv. ⁊ in latere sub titulo tem-
pus a meridie quere simile signũ ⁊ gradum
Solis ⁊ in prima linea inuenies horas. xij.
minuta. xxij. Que hore solis tempus a me-
ridie dicuntur: quibus adde horas post me-
ridieꝫ supra seruatas. s. horas tres minuta
qnqꝫ: ⁊ proueniẽt hore. xvj. minuta. xxxvij.
Cum qbus horis quere horas ⁊ minuta ad
equalem numerum: quas inuenies in dictis
tabulis in prima linea sub titulo tẽpus a me-
ridie: ⁊ indirecto versus partem dextraꝫ: in-
uenies gradus ⁊ minuta sex domorum. s. x.
xj. xij. prime secunde ⁊ tertie: prout in linea
transuersali desuper tabule notatum est: ⁊ in
eadem linea desuper inuenies signa: que ascẽ
dunt in dictis sex domibus: ⁊ alijs sex domi-
bus residuis dabis signa opposita cum gradi
bus oppositis iam inuentis: vt in figura pa-
tet: in qua planete reperti in tacuino collo-
cantur: iuxta tales horas post meridiem:
addendo de motu vnicuiqꝫ quantum moue-
tur quisqꝫ in horis: quot fuerũt hore post me-
ridiem non curando de multa precisione.
Pars etiam fortune similiter collocanda est
que sic inuenitur: primo obserua si principiũ
infirmitatis fuerit de die: tunc sol erit supra
terram: ⁊ sic vide per quot gradus distat lu-
na ab ipso sole secundum successioneꝫ signo-
rum: ⁊ tot gradus proijce ab ascendente ⁊
vbi terminauerint illi gradus: ibi erit pars
fortune. Si vero fuerit principium infirmi-
tatis de nocte: quere distantiam opposito mo
do. s. per quot gradus distat Sol ab ipsa lu-
na ⁊ tot gradus proijce ab ascendente: ⁊ vbi
terminauerit ille numerus graduum ibi erit
locus partis fortune. Exempli gratia pro mi
nus exercitatis in astronomia in figura iam
equata Sol inuentus est in domo nona ⁊ sic
a sole in lunam sunt connumerandi omnes
gradus secundum successionem signorum ⁊
sunt gradus. clxxviij. Quos proijce ab ascen
dente qui est in. xxij. gradu aquarij qui gra-
dus. clxxviij. terminantur in. xx. gradu leo-
nis: ergo ibi erit ⁊ locus partis fortune: vt pa
tet in figura.



¶ Figura Constellationis Principij infirmitatis Anno Domini currente M.D.xxvij. die mercurij nono octobris hora. xxj. minuto. xlv. post meridiem vero hora. iij. minuto. v. Eleuatio poli Jadre gradus quadragintaquinque.


Aspectus prime domus ad planetas.
Prime ad partem Fortune oppositus.
Prime ad Lunam sextilis.
Prime ad Saturnum sextilis.
Prime ad Caput sextilis.

Lune ad Saturnum coniunctus.
Lune ad Solem oppositus.
Lune ad Mercurium oppositus.
Lune ad Martem quadratus.
Lune ad Jouem quadratus.

Dominus prime est Saturnus.
Saturni ad Lunam coniunctus.
Saturni ad Solem oppositus.
Saturni ad Mercurium oppositus.
Saturni ad Martem quadratus.
Saturni ad Jouem quadratus.

Solis ad Mercurium coniunctus.
Solis ad Lunam oppositus.
Solis ad Saturnum oppositus.
Solis ad Jouem quadratus.
Solis ad Martem quadratus.

¶ Isti aspectus principalium significatorum omnium infirmitatum sunt ascendens et dominus eius: Sol et Luna qui solent ad extra annotari: ut combinatio significatorum facile cognoscatur.



Capitulum nonum. De aspectibus cursus lune in tota reuolutione mensis medicinalis: ⁊ eiusdem cursibus lune vacuis.

PRincipium huius figure erit ille gradus semper in quo luna reperta fuerit hora principij egritudinis. Ad quē gradū sunt loca celi terminata per gradus terminatos ⁊ per distātias terminatas: ad hoc vt fiat verus aspectus lune ad dictum gradum ⁊ principium figure egritudinis: extra autē illa loca iam nō erit aspectus lune: sed vacua cursu dicet: vt probatum fuit supra capitulo tertio propositione septima de pronosticis egritudinum. Sed quia luna hora decubitus fuit in gradu xxiij. arietis. Ideo ⁊ principium huius figure ponemus in gradu. xxiij. arietis: a quo situ ⁊ constellatione lune cum planetis in figura collocatis summitur fere totum iudicium egritudinis ⁊ omnium accidentium salutis vel mortis egri. Quādo autem luna suo motu proprio puenerit ad gradum. xxiij. geminorum erit in primo sextili aspectu: qui media amicitia dicitur: in quo aspectu distabit a tali principio per gradus sexaginta: quos luna percurrit in diebus fere quinqꝫ currentibus: quandoqꝫ tamen velocius quandoqꝫ tardius: vt dictū fuit in capitulo tertio propositione quinta de pnosticis egritudinum. ¶ Scōs vero aspectus quadratus distans a primo gradu per partes. xc. quas percurrit luna cōpletis et in diebus septē octo currentibꝰ: in quo aspectu quadrato est media inimicitia: quia Solis ⁊ Lune virtutes pugnāt adinuicē et quattuor elementa cōmouentur ⁊ alterantur: ⁊ elementata omnia: mare etiā neqꝫ fluit neqꝫ refluit: quia luna intendit: vt mare fluat ⁊ sol vt refluat: sed motoribus oppositis equaliter potentibus mobile quiescet: de quibus post in de fluxu maris agemus. Ideo morbi peracuti in septima solent in

lent in malum creticare:quando enim virtutes celestes patiuntur:virtutes humanas nõ subleuant:immo per subtractionem presidij magis grauat & morbus inualescit:ideo creticat in malum.

¶Tertius aspectus erit trinus : qui perfecta amicitia dicitur distans a primo loco per gradus.cxx.Qui semper de sui natura virtutes subleuat:a quo loco vel aspectu vsq3 ad gradum oppositum semper luna vacua cursu erit:ideo non fit iudicium per cursum lune in tali situ.

¶Quartus aspectus est oppositus pfecte.s. inimicitie distans a primo gradu per gradus clxxx.in quo morbi acuti maxime solent terminari in malũ:a quo aspectu vsq3 ad secundũ trinũ:qui distat a pncipio decubitus per gradus.ccxl.semp luna vacua cursu est:quo ad aspectũ pncipij decubitus : ideo neq3 fit iudiciũ de morbo per cursum lune:vt modo dictum fuit de cursu lune inter trinum aspectum & oppositũ.De qbus.s.posteriori trino aspectu & quadrato & sextili similiter idem iudicandum erit:vt dictum fuit de primo sextili quadrato & trino ante oppositionem.

¶Ultimus situs vel aspectus lune erit reditus eius ad eundem gradum:vnde discesserat hora decubitus:q redditus erit in diebus fere.xxix.de quibus aspectibus & cursibus lune vacuis ponendi sunt canones & iudicia applicanda ad dies creticos salutem & mortẽ egri significãtes. ¶Utilitas aũt hui⁹ figure aspectuũ & facilitas iudicãdi p ipsam erit:qñ apte fuerit applicata ad mensez medicinalem nostruz:qui distributus est in dies xxix.in quibus luna percurrit totum zodiacum incipiendo ab illo gradu:in quo reperta est hora sensibilis lesionis:& redeũdo in eundem gradum die.xxix. In quo quidem mense apparent omnes periodi febris tertiane & quartane:& dies cretici oẽs:maxime in septima & decimaquarta completis diebus : qui maxime obseruandi sunt. In quibus diebus febres acute & peracute solent terminari:in quibus etiam cretici dies exquiruntur: & fiunt pronostica veriora medicorum recte collegiantium. Neq3 miruz est si medici dies creticos hac serie cognoscere negligentes in varios incidunt errores : & in suis falluntur pronosticis egrotantium. Neq3 accidunt infirmis accidentia:que putant eis cõtingere.

Congrua distributio dierum Mensis medicinalis.

Dies mẽsis octobris a die q̃ Socrates decubuit.	Dies hebdomade currentes a die principij egritudinis.	Numerus dierum ab hora decubitus.
9	Mercurij	1
10	Jouis	2
11	Ueneris	3
12	Sabbati	4
13	Dominice	5
14	Lune	6
15	Martis	7
16	Mercurij	8
17	Jouis	9
18	Ueneris	10
19	Sabbati	11
20	Dominice	12
21	Lune	13
22	Martis	14
23	Mercurij	15
24	Jouis	16
25	Ueneris	17
26	Sabbati	18
27	Dominice	19
28	Lune	20
29	Martis	21
30	Mercurij	22
31	Jouis	23
Nou.	Ueneris	24
2	Sabbati	25
3	Dominice	26
4	Lune	27
5	Martis	28
6	Mercurij	29

Periodicationes tertiane.

Periodicationes quartane.

Capitulũ decimum. Exemplum figure mensis medicinalis ⁊ verificatio eius in casu Socratis febrientis.



Socrates enim febrire incepit die mercurij nona octobris: hora xxj. minuto. xliij. ⁊ fuit primus paroxismus in pma die: in qua Luna inuēta fuit in gradu. xxiij. arietis. Die aũt veneris. xj. octobris fuit secũdus paroxismus ⁊ luna fuit vacua cursu: qa adhuc non erat in distantia per. lx. gradus a gradu in quo fuit in pncipio sensibilis lesionis: ideo per cursum lune vacuum non fit iudiciũ aliquod de morbo vel de paroxismo: vt probatum fuit supra capitulo tertio propositione septima in de pronosticis egritudinum. Deinde die solis vel dominico. xiij. octobris q̃ fuit dies qnta currēs ab hora decubit⁹: fuit tertius paroxismus: ⁊ luna in sextili aspectu: qa in geminis gradu. xxiij. distãs a gradu hora decubitus p partes. lx. q sextilis aspectus est bonus per se: qa medie amicitie: nisi p accidens luna tũc fuerit male affecta a stellis maliuolis. Que dies quinta apud medicos ⁊ Hippocratem indicatiua septime solet appellari. Que qnta dies currens ⁊ quarta cõpleta: tunc erit indicatiua septime apud medictos: quando. s. est nota: que non est prius nota apud medicos: q̃ dies quinta actu venerit. Sed apud doctrinã nostram vna dies non est indicatiua alterius: quia omnes dies simul ⁊ equaliter cognoscuntur inspectis figuris ⁊ constellationibus: vt paulo post clare apparebit. ¶ Die ãt martis septima ab egritudine ⁊. xv. octobris fuit q̃rt⁹ paroxismus: luna vero in cancri gradu. xxiij. in quadrato aspectu ad gradũ hora decubitus. Qui qdē lune aspect⁹ est maius per naturam. In qua die ⁊ aspectu malo si fuisset luna cũ Marte vel Saturno vel domino mortis male affecta ⁊ egritudo peracuta: crisis fuisset ad mortem. Si vero fuerit cũ bonis illi minuent de malo situ lune quadrato: ⁊ iudicium erit ₿m esse lune cum planetis die. xv. currente. Die iouis. xvij. octobris ⁊. ix. ab egritudine luna in leonis gradu. xxiij. ⁊ i trino aspectu: ĩ quo aspectu amico virt⁹ solet subleuari: neq3 medicus in hoc confidat: si in decimaquarta luna ventura sit ad inimicos radios maleficorum planetarum. In alijs autez diebus. s. xj. ⁊. xiij. luna est semp vacua cursu vsq3 ad xv. Ideo omne iudiciũ (quo ad eius cursuz) suspendere debet medicus. Uacua eniz cursu iterum erit. ¶ Ex quo notandum est q̃ in toto mense medicinali lune sunt status nouē obseruandi (vt in figura aspectuum patet) in die. s. prima: quinta: septima: nona: decimaqnta: vigesimaprima: vigesimatertia: vigesimaqnta: vigesimaseptia ⁊ vigesimanona. In die autē veneris. xxiij. octobris: ⁊. xv. ab egritudine luna erit in libre gradu. xxiij. distãs a gradu hora decubit⁹ p gradus. clxxx. que distantia est aspectus oppositus maxime inimicitie: ⁊ est maxime virtutem grauans ⁊ detrimentum ipsi inferens: cũ quo lune malo statu si luna applicuerit malis pro grauitate ⁊ potentia malorum erit iudicium in mortem. Ad. xv. enim diem ⁊ aspectum lune oppositum: malitia febrium acutarum solet intendi: q̃uis in peracutis ⁊ magis adhuc in perperacutis solet abbreuiari: transacta aũt oppositione a sui forma intrinseca febriũ acutas solet remitti: nisi sequatur error medici vel egri: vel aliquod aliud grauans virtutē vel ipsa debilitas virtutis. In reliquis autez aspectibus atq3 cursu lune si eger transierit decimamquintam iudicandum erit sicut et modo dictum est per bonos aspectus cuz bonis iudicium est in bonũ: ⁊ sic p oppositũ opposito mõ. Et si qs fuerit occupatus in alijs que viam naturalē nõ sequuntur: a veritate declinabit: sicut illi qui ponunt solem ⁊ alios planetas esse obseruandos in qualibet egritudine cronica: ad motum quoruz fiunt dies cretici: que omnia falsa sunt: preter hec que diximus.

Capitulum vndecimũ. De regulis vniuersalibus: vt sciatur que constellationes planetarum causant mortem.



His autem figuris sic dispositis ponendi sunt canones generales ⁊ particulares: que. s. cõstellationes sunt ille: que cum fortitudine causant mortem: in quibus pnosticis non contingit dubitare. ¶ Primus. Cause celestes cum fuerint plures ⁊ conuenerint ad vnum effectum producendum non impedite ab alijs causis cõtraoperantibus quanto fuerint fortiores: tanto ⁊ iudiciũ erit facilius ⁊ magis verũ. ¶ Quãdo autem eedem cause. s. stelle fuerint diuise ⁊ pugnantes ⁊ non conuenientes ad vnum effectum producendum iudiciũ erit difficile. ¶ Quando vero stelle: que supra corpus significãt ⁊ humores: puta ascendens ⁊ dominus eius cum luna fuerint vacui cursu sine aspectu aliquorum bonorum vel malorum: certe modica significatio erit supra effectum vel morbum: ⁊ iudicium difficile. Obiectum enim debiliter mouens potentiam: debiliter intellectus intelligit: ⁊ forte intelligibile perficiet intellectum. Et hoc verum est in tota arte astronomica iudiciali: vt in natiuitatibus

tibꝰ reuolutionibus: mutatione aeris annona ⁊ epidimia vniuersali: sic etiam in omni particulari egritudine: de qua dies cretici exacte inquirendi sunt.

¶ Secundus. Omnis longitudo vite ⁊ breuitas eiusdem accipitur ⁊ scitur in natiuitate per cognitionem hylec ⁊ alcocoden .i. per datorē ipsius longitudinis vite: de qbꝰ Hali parte quarta caplo q̄rto ⁊ Ptolomeus secundo quadripartiti: late ⁊ resolute. Tūc si alcocodem vel dator vite fuerit fortis promittēs vite longitudinē: certe neq; modicus abscisor neq; vnus abscindet vitā. Similiter breuē vitam in natiuitate inuentā ex alcocodē: modicus certe abscisor in reuolutione vel in ipsa particulari egritudine repertus per directionem abscindet. ¶ Ex quibus patet solutio: quando .s. duo infirmantur in eodem tempore: quia vnus moritur: alter vero non. Ille certe cito morietur: cuius alcocoden fuerit breuis: alter aūt viuet cuius alcocoden fortis ⁊ potens fuerit sup longitudinē vite. Similiter dicendū est in omni epidimia vel peste q̄ vnus non infirmatur: cuius hylec .i. significator non participat cum planetis epidimiam significantibus: ⁊ alter morietur natiuitati cuius idem planete dominabuntur. ¶ Expedit ergo inspicere vtranq; figurā natiuitatis .s. ⁊ hore egritudinis. Constellationes autem magne causantes morbum hora decubitus cum quibus vita stare non potest sunt horoscopus ⁊ dominus eius damnati in domo mortis cum domino eius infortunato a Saturno vel Marte: vel quando gradus eclipsis Solis vel coniunctionis magne ceciderint supra horoscopum vel dominum eius: vel si directio abscisoris in illo tempore peruenerit ad hylec .i. significatorem vite. Quanto autē pauciores significationes fuerint supra mortem: tanto plus sperabitur de vita egri. Ascendens ⁊ eius dominus super corpus ⁊ humorem egri significāt. Luna vero est generalis significator cū sole supra idē corpus: q̄uis Sol ⁊ Luna poterunt quandoq; non significare supra corpus egri: quādo .s. in radice testimonium nō habuerint supra corpus egri. Domini autem horū locorum supra accidentia anime dominium sibi vendicarunt. ¶ Cum autē ascendens Sol ⁊ Luna damnati fuerint: egritudo erit in toto corpore: ⁊ si cum hoc in malo statu domini horum trium locorum fuerint male affecti: egritudo erit non solum in toto corpore: verum etiam in spiritibus cū alienatione mentis. ¶ Quādo autem domini istoꝝ trium fuerint fortes ⁊ bene affecti: egritudo erit in humoribus cum mēte sana ⁊ expedita. Si vero opposito modo ꝯtigerit: iudiciū erit ꝑ oppositum. Malitia etiam stellarum fixarum addit supra significationes morbi: quando ipse in cuspidibus inuente fuerint: ⁊ de natura Martis vel Saturni. Magnos enim effectus ⁊ supra modum producere solent. De natura quarum stellarum aliqua post dicemus. ¶ Cum autem isti significatores corporis vel spiritus partim fuerint bene ⁊ feliciter collocati: ⁊ partim male affecti fuerint: pro diuersitate certe signorum in quibus planete fuerint: ⁊ cum quibus stellis aspectum habuerint: semper egritudo variabitur. Si enim morbi significator fuerit cum Ioue vel Venere in die cretica: egritudo in bonū terminabit effectū. Virtus enim a bonis subleuabitur: ⁊ potens fiet superare morbum. Si vero Mars fuerit morbi causa ⁊ in aliquo signo vel triplicitate ignea: febris erit acuta ex materia cholerica. Qui si in die cretica supra terrā fuerit cum bonis: virtus creticabit per superiora in bonum: vt per vomitū vel per fluxum sanguinis narium vel per sudorem: ⁊ forte insensibiliter materiam peccantē resoluet. ¶ Si vero idē Mars sub terra extiterit: creticabit ꝑ inferiora: vt per secessum vel fluxum hemorroidarum: vel sanguinem menstruum vel vrinam. Et quod dictum est de Marte existente supra terrā vel sub terra: idem iudiciū erit ⁊ de aliȷs planetis: quādo significatores morbi extiterūt. ¶ Qn̄ aūt Saturnus fuerit morbi causa ⁊ in triplicitate aquea .s. cancro scorpione ⁊ piscibꝰ. Morbus erit ex materia frigida ⁊ humida: maxime si planeta humidus testimonium prebuerit (vt Venus vel luna) materia morbi erit multa vel grossa vel viscosa: cum accidentibus ⁊ paroxismis lōgis ⁊ cū frigiditate horripilatiōe vel tremore. Et si fuerit in signis fixis in Tauro: Leone: Scorpione: vel Aquario: causabit febrem longam subintrantem: vel raro a febre mundum: vel quartanam. Si vero in signis mobilibus fuerit: vt in Ariete: Cancro: Libra: vel Capricorno: faciet pituitam nasi: vel descensum catarri a capite ad stomachum: vbi putrefiet: ⁊ stomachi dolorem causabit ⁊ nauseam. Et si ratū ille fluxus per nucam habuerit dolores causabit in membris ⁊ iuncturis. Saturnus etiam vltra febres existēs in diuersis signis solet causare morbos inseparabiles: quando morbi fuerit causa. In signis autē fixis facit leprā: podagram: vel sciaticā: ⁊ ciragrā: in signis aūt mobilibus facit fluere humores ꝑ totum corpus: puta hydropem: debilitando virtutem digestiuam ipsius: resoluendo calidum eiꝰ naturale nimia eius frigiditate: q̄ si mars ibi testimonium prebuerit: ⁊ in signo mobili fluere faciet catarrum salsum a capite ad pe-

ctus q vlcerādo substantiā pulmonis ꝛ ptbisim causabūt. Si vero extiterit in signis cōmunibus. s. in Geminis: Uirgine: Sagittario vel Piscibus: egritudo non erit vna sed plures: ꝛ reciduam patietur: in qua si Saturnus cum bonis fuerit in illa recidiua sanabitur: si vero cū malis: in illa morieẜ. Si vero Mars febris causa extiterit: ꝛ in Leone fuerit: ebulitionem humorum ꝛ causonidem ꝓducet: minera cuiꝰ erit in venis magnis ꝓpe cor. Si vero in signis mobilibus vt in Ariete Cācro: Libra: vl' Capricorno febris erit acuta ꝛ cito terminaẜ vt in pluribꝰ in malū. Si vero in signis cōibus: egritudines erunt plures ꝛ acute cū recidiua: cuius accidētia erūt repētini motus: ꝛ crises veloces in bonū vel in malū ꝓ natura alioꝝ significatoꝝ. Signa etiā longaꝝ ascensium: vt Sagittarius: Gemini: Cancer: ꝛ Capricornus adiuuant ad longitudinem morborum ꝛ in toto corpore. Breuium autem ascensionum: diminutionē morborum: vel amissionez alicuius membri causabunt cito terminantem. Si vero equalium ascensionum fuerint: vt Taurus: Scorpio: Aquarius: ꝛ Leo morbos causabunt eq̄les in malitia ꝛ longitudine. Si autē Mars fuerit morbi significator: breues morbos sed acutos significat: sed si Saturnus lōgas egritudines: si vero cum bonis fuerint minuetur de malo: ꝛ si cum malis augebitur de malo.

Capitulum duodecimum. De modo inueniendi essentiam morbi per figuram hora principij egritudinis.

Descendentibus nobis ab vniuersalibus expedit ꝛ ad particularia deuenire ꝛ ad actum practicum canones vniuersales platos exēplificaẜ: maxime in figura sic eq̄ta. Cuius horoscopus ꝛ dominus eius pmo ꝯsiderādus est: si fuerit bene vel male affectꝰ primo obseruandus est. Quem inueni in Aquarij gradu. xxij. ꝛ Saturnum dominum eius retrogradum in Ariete cadentem in tertia domo in suo detrimento: quia in casu sue exaltationis: Solē etiā in ipm fulminantē ex domo mortis existentem cum Mercurio retrogrado: qui quidem status horoscopi ꝛ saturni mali significant Socratem a forti causa decubuisse. Dominus etiaz ascendentis ꝛ luna qui supra corpus dominium habent in Arietis signo existētes: Sol etiā ꝛ Mercuriꝰ morbi causa existentes inuenti sunt in Libra signo etiam mobili. Que signa mobilia humores de sui natura in motu semper ponere consueuerunt ꝛ in ebulitionez. Qui corrupti febrem causant malignam.

Capitulum. xiij. De modo cognoscendi per stellas q humores peccāt in aliqua febre.

Cognita causa efficiēti ebulitiōis humorum querenda est causa. s. qui humores a qbus stellis corrumpuntur: Saturnus dominus ascendentis ꝛ luna qui supra humores domini sunt in Ariete signo mobili ꝛ igneo. Sol etiam cum Mercurio combusto morbū Socratis causantes cū radijs Martis ex quadrato influentis ꝛ supra febrem significationem addentis. Hec quidem constellatio febrem ex materia cholerica a predominio significarunt. Luna vero que humida est ꝛ nocturna ad Saturnum fluens: qui frigidus est: corruperunt flegmatis partes subtiles: quibus admixta materia multa cholerica iam a Sole ꝛ Marte corrupta fecerūt materiam salsam ꝛ febrem causonidem: que maligna semper esse solet: attento etiam tempore anni: quia in fine estatis: quando tales febres solent causari.

Capitulum. xiiij. De cognoscendis mineris febrium putredinarum.

Cognoscere mineras febrium putridarum certe in collegijs omnibus ꝛ etiam in actu practico maxime vtilitatis ꝛ necessitatis est: immo videtur esse impossibile cognoscere posse essentiā egritudinis ignorata minera febriū. Quaꝝ essentia ignorata: quomodo quis poterit bene actiua passiuis recte applicare? certe non: ideo infiniti fere moriuntur errore medicorum mineras non considerantium. Neqꝫ certe video in aliqua parte Italie medicos esse sollicitos pro inquisitione harum minerarum morborum ꝛ febrium: minere enim diuerse: stante etiam eadem materia peccante: producunt accidentia horribilia ꝛ etiā producūt remissa: mortē ꝛ salutem singula singulis referendo: vt iam supra diximꝰ. ¶ Neqꝫ video aliquez priscoꝝ patrum ꝛ minus recentiorum posuisse sermonem sufficientem in eisdem mineris perquirendis: ad varietatem quarum febrium accidentia etiam necessario variātur. ¶ Sol autem cuz in hac febre Socratis causa morbi extiterit cum Martis sidere. Qui Sol supra corpus significat. Mars vero supra ipm epar. Dico q̄ minera huius febris fuit principaliter in corde ꝛ eius venis: communicata tamē ipsi epati ꝛ alijs eius venis magnis: attento etiam quia in regione epatis reperta fuit satis notabilis tensio ꝛ oppilatio. Capitulando ergo presentem egritudinem

erit

erit febris causon ex materia salsa continua proportionalis de tertio in tertium magis affligēs. ¶ Cognita aūt essentia egritudinis & ipsa capitulata: certe tūc pnostica erūt facilia (inspectis causis oībus) q̄ cuz multe & fortes extiterint supra mortem significarunt. Quare etiaz prima die pnosticauimus egrū moriturum. Consideratis etiam alijs accidētibus: q̄ a posteriori a medicis tradita sunt super idem arguebant: virtus enim subito ceciderat: neqz cum morbo pugnare ausa fuit propter materie venenositatez: Eger & astātes perterriti & medici de salute egri hesitantes: vniuersalia exhibuerunt magis blādiendo ipsi materie q̄z ipsaz irritando. Sed quia est locus pronostica explicare: ideo regimen curatiuum pretermittendum esse puto pronostica prosequendo in alijs horis vniuersalibus post cognitionez principij egritudinis. In die tertia ab egritudine fuit secundus paroxismus. Luna tamen in illa non potest esse in aliquo aspectu ad gradum hora decubitus: ideo non fit aliquod iudiciuz per lune cursum dum vacua & sine aspectu est (vt supra notauimus in mense medicinali) a qua doctrina non est recedendum: vniuersalis.n. est ad omnes febres maxime ad acutas: que intensionem & remissionem recipiunt pro diuersitate planetarū. Sed status lune querendus est in primo sextili: qui erit die qnta currente: quā inueni in geminorꝝ gradu vigesimo tertio fluentem a cauda draconis ad sextilem Saturni male affecti: similiter & ad trinum Solis & Mercurij: qui qdē aspectus q̄uis sint amici p naturā: tamen malitia Saturni retrogradi & solis male affecti in domo mortis contraoperati sunt cum fortitudine contra hos amicos aspectus: ideo hic sextilis lune modicum virtutis egri subleuauit. ¶ Tertius status lune contēplādus est in die septima: quando.s. peruenerit ad aspectum quadratum loci decubitus: quaz inueni coniunctam Ioui & in oppositione Martis: & in quadrato aspectu Saturni. Que mala constellatio idem confirmabat: quod & principiū egritudinis significauerat: & nisi Juppiter opem prestitisset & virtutem subleuasset: fuisset crisis eodem die in malum: q̄uis satis intensa & mala accidentia apparuissent. Die aūt Iouis nona & in trino aspectu ad locū decubitus luna peruenit ad leonis gradū xxiij. & ad trinum veneris & sextilem Mercurij eger remissius se habuit propter hos amicos aspectus partim: & partiz per ea: que exhibita fuere euacuando digerendo confortando cum bono regimine in sex rebus non naturalibus. Neqz Medici confidant in simili subleuatione: quando viderint q in decima quinta planete supra mortez significantes fuerint apodeati & fortes & boni planete male affecti. In alijs vero diebus.xj.s.&.xiij. quando luna fit vacua cursu: per quā non fit iudicium in tali esse: dicat Ptolomeus quicquid velit in.lx. verbo centiloquij.s.q status lune obseruandus est in singulis angulis figure sexdecim laterum. ¶ In die Mercurij xv. ab egritudine luna peruenit ad libre gradum.xxiij. & in aspectum oppositum sui principij: qui aspectus cum sit malus & maxime solet grauare virtutem: quam stimulando solicitat ad crisim & ad pugnam eo magis: qa peruenit ad coitum Mercurij & quadratum Martis & oppositionē Saturni: q qdē Mercurius cum sole fuerunt causa morbi cum q̄drato aspectu Martis: tanta enim potentia istorum fuit ad causandam mortem huius egri: q neqz sextilis aspectus Veneris: neqz Iouis quadratus contulerunt: & minus exhibita. Sed eger hora.xij. noctis sequentis Luna descendente & Mare refluente vitam cum morte cōmutauit. Que pfecto oīa etiā prima die cognita & pronosticata fuere. Ex cognitione.s. causarum efficientiuz: que sunt stelle & forme celestes inspecta figura sic eq̄ta: vt supra ostensum est. ¶ Ex qua cognitione patet: q tota latitudo facultatis medicine sine hac arte priuata & imperfecta est. Maxime ipsius Auicēne: qui declinauit ab hac sciētia excusando se q ad alium artificez spectat de futuris.s. diebus creticis per stellas iudicare: sed ad accidentia & ad ea que per crises apparent se conuertere voluit: vt in capitulo secundo secunda quarti. Cui non aliter contigit (puto) q̄z ipsi Socrati contigisse dicitur: qui videns non posse puenire ad gradum perfectū scientiaꝝ speculatiuaꝝ voluit in via populi deābulare: ingt Arist. & ad mores hominū se ꝯuertere. Sic & Auicēna oēm perfectionem & virtutem a celis effluentem & emanantem neglexit: forte quia tēpore suo astronomia nō vigebat: ideo ad ipsa accidentia declinare voluit: in quibus continue errare contingit ignotis causis adequatis egritudinum & ipsoꝝ accidentium. ¶ Si ergo datur scientia cognoscendi essentiam egritudinum etiam in prima die: eadem etiam ratione & dies omnes cretici in salutem vel mortē cognoscentur. Nonne igit Auicenne doctrina ista ex parte diminuta & imꝑfecta existit? certe sic. Quomodo ergo verum erit dicere (& quod super additum est: incomprehēsibile est)? Et q̄uis illa propositio Auicenne.s. (& quod super additum est: incomprehensibile est) possit applicari tam ad additionē theo

rici ꝛ practici negotij: ꝗ̃ etiam ad iudicium extimatiuũ: quod putauit esse incomprehensibile: tamen penes vtrunq; sensum adhuc doctrina eius sine hac scientia Astronomica imperfecta est. Per Astronomiā enim huic facultati medicine non solum omnes partes medicine tam theorici negotij ꝗ̃ practici pficiuntur: verum etiam ipsum iudiciū: quod per ipsos est incomprehensibile: fit tamē per ipsam Astronomiam comprehensibile. s. per vlteriorem cognitionem ꝛ magis intensam: etiam iudicium magis intēditur: ꝛ vt sic magis intensum illud quod erat incomprehensibile apud ipsos: fiet comprehensibile. s. iudicium. Probatum est enim supra quomodo iudicium collegiantium diuersificabatur propter diuersas indispositiones medicorū. Et illud iudiciū erit perfectum ꝛ magis sensatum ꝛ comprehensibile: quod perfectum fuerit primo a natura in vētre materno. Secundo per artem libere actionis nostre incūbendo scientijs ꝛ bonis moribus cum actu exercito vel extensione ipsius intellectus speculatiui ad opus iudicium erit perfectum: qḋ non erit ex sola doctrina Principis: ꝛ minus Galieni vel Hypocratis sine scientia Astronomie: qua omne negotiū pficitur ꝛ cōplet̄ p ipsā. ¶ Ex his itaq; patet quāto sit medicis emolumento stellarum cognitio: de quibus hactenus tanta nobis dixisse pro communi studiosorū fruge sufficiant: que sane si equo animo scire ꝛ experiri tentauerint: non solū maximam egrotantibus opem prestabunt: sed perennem famam ꝛ lucrum inde consequentur.

Capitulū. xv. Qualis quisq; debet esse: qui medicine facultatem exercere cupit.



Qui scit quantum per cōmunia didicit: vel quantum legerit: certe parum scit: sed qui didicit rē ꝛ p propria principia ꝛ propositiones degustauerit: que sequuntur viam naturalem ꝛ in vanis non fuerit occupatus cum bono iudicio extimatiuo: ꝛ lumine intellectus agentis: is certe multa scire poterit: ꝛ omne verū occultū manifestabit: ꝛ falsum repellet: quia iudex erit recti ꝛ obliq. Que qḋē pfectio test. Ptol. ex te ꝛ stellis proficiscit̄: ex stellis dixi: quia nisi ille iudicium perfectum ꝛ bonam fortunam in vtero materno Socrati congenuerint: Socrates certe neq; bonus Medicus neq; ad gradū perfectum exaltabitur. Ex te etiam nō ab re apposui. Nisi enim tua libera actione sic operatus fueris: vt scientiam physice facultatis cum bona practica acquisieris: ꝛ cū ad opus practicum te extenderis ꝛ cum infirmo non infirmaberis tuo in spiritu: omnē curam cū dilectione atq; diligentia prestando: laudabilis medicus non euades. Quod autem dixi de iudicio extimatiuo: non intelligo de ignoto: de quo Gal. tertio de ingenio sanitatis: neq; de bona fortuna ignota: de qua Arist. in de bona fortuna (si Ari. est.) Qui (vt ignorantes scientiam Astronomicam) volentes diffinire vtranq; passionem hominis grauiter defecerunt ꝛ cū silentio (honori proprio melius consulendo) poterant pertransire. ¶ Alter enim dixit ꝙ iudiciū non potest lingua exprimi: neq; calamo scribi: de quo negatiuam posuit propositionem. Alter de bona fortuna dixit: ꝙ est quidam celestis impetus: de quo nihil certam neq; demonstratam posteris tradidit cognitionem. Cum tñ vtraq; fortuna certa ꝛ demōstrata est ex sciētia astrorum. Quid enim est aliud iudicium extimatiuum: nisi bonitas anime non impedite propter organa corporis ꝛ eius concupiscentiam sensitiuam: qbus anima iure dominari debet. Quas perfectiones Socrates consequitur: quando Mercurius cum Saturno in genitura bene constituti animam disposuerint. Quid etiam aliud est bona fortuna: nisi quando vnā ex. xij. domibus planete beniuoli actu existentes in suis exaltationibus sine testimonio maliuolarum felicitauerint: ad quas domos etiam alie fortune (in iudicijs astrorum non expresse) reducuntur. Si enim in prima domo id acciderit: in bonis anime: ꝛ corporis bona complexione qs fortunatus erit. Si in secūda domo talia fuerint: in bonis fortune vel diuitijs exaltabit̄. Et sic discurrentibus nobis in ceteris domibus: quisq; erit fortunatus vel infortunatus. Per quod etiā problema Ari. facile soluere poterit: qui Astronomiam caluerit: dicentis vbi est multū de fortuna ibi est parū de ingenio. Quia si planete boni fuerint in pma domo: vbi fortunant corpus ꝛ animam: poterunt non esse boni in secunda: sicut Sol vel Mars cum Saturno: qui omnem substantiam dissipare solent (inuito nato) Sola ergo Astronomia per causas adequatas de hijs determinate ꝛ scientifice dicere potest: ꝛ non vniuersali sermone ꝛ per accidens. s. ꝙ sunt quidam impetus celestes ducentes Socratem in bonam vel malam fortunā. Pari positione determinabitur ꝛ scientifice: qui natorum concupiscentie dominabitur: ꝛ sola vi anime bene regulate ꝛ non sensibus corporis vtitur in speculabilibus: verum ꝛ cū extēsus ad opus fuerit recte iudicabit: quia cō

tinens

tinens cum dictamine recte rationis semper existet: et opus suum in finem laudabilem reducet: in cuius oppositum pleriq; incurrunt sepissime ab Astronomia declinantes.

Capitulum.xvj. De diuersitate iudicij medicorum collegiantium: cum vnius rei deberet esse vna veritas.



Ifficultas recte iudicādi comes est difficultatis recte cognoscēdi. Qui enim bene nouerit soluere vnum: soluere poterit et aliud. Scientia enim alicuius artis parum prodest alicui: nisi adsit et rectū iudicium. Judicium ergo rectum necessario exigitur in omni theorico atq; practico negotio: propter enim diuersitatem iudicij vidimus medicos in collegijs semper disceptantes non solū in ipsa inquisitione essentie egritudinis: verum etiam in regimine curatiuo atq; dietatiuo. Uidimus et iurisconsultos in eadem causa fore semper diuersos: vidimus etiam in omni arte proprios artistas varios in varias sententias et contrarias lapsos: in contradictorijs autem necesse est alterū esse falsum: cum tamē vnius rei deberet esse vna veritas et non multa neq; cōtradictoria. Cū autem iudicium presupponat scientiā et sciētia rem ipsam. Jdeo Aristoteles volens de rebus altissimis cognitionem indagare dixit q de genere abstractoꝝ est difficilis cognitio. Sicut.n.se habet noctue oculus ad lumen solis: ita et intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in natura: nō tñ tradidit viteriorem cognitionem: quare difficultas cognoscēdi sit atq; iudicandi. Jn rebus enim difficilibus semper plus q̄z decebat fuit breuis: equiuocus vel analogicus. Quid.n.breuius vel obscuriꝰ de ea parte anime: qua homo sapit et intelligit et de alijs intelligentijs et genere abstracto poterat dicere? Forte ne a posteris argueretur: in materijs etiam facilibus plus debito sese dilatauit. De qbus et multis alijs que maiorem indaginez expostulant: ad alia tpa me dicturum seruabo: si deus mihi vitā prolongauerit: et secunda successerit fortuna. Per virtutes eniz celestes et intelligētias abstractas ab omni materia (vltra illas mouentes orbes) in cognitionem multoꝝ perfectiorem quisq; peruenire poterit: ad quam neq; Arist. neq; Auer. deuenire potuerunt. ¶ Sunt tamen qui de mente Arist. dicunt q difficultas cognoscendi est tantum ex parte intellectus nostri: de quoꝝ numero fuit doctor subtilis probans q res omnes scibiles sunt per se: perfecte enim cognoscuntur ab intellectu perfecto: sed non cognoscuntur ab intellectu nostro: propter eius debilē et imperfectum modum cognoscendi: et propter eius dependentiam a sensu in hoc statu: quia necesse est intelligentem phantasmata speculari ex tertio de anima: et ideo magis sensata magis ab intellectu nr̄o cognoscunt. Auer. autē q̄zuis fuerit fidus achates Arist. in eius doctrina: que non transcendit sensata: neq; tamen omnia: quia in Astronomia vterq; nudus et expers fuit: vt cōfitet Auer. xij. meta. Jn qua tamen omnia pulchra et digna scitu late continētur: vt latius in de felicitate dicemus. ¶ Auerroes tamē exponendo hanc difficultatem cognoscendi dissentit ab ipso Scoto: qui voluit q difficultas cognoscendi sit quandoq; ab obiecto: et quandoq; a nobis. Sphera enim solis: que de sui natura visibilis est: non tamen ab oculo nostro: vel ipsius noctue per tot gradus intensos videtur: per quot videt oculus aquile: ergo talis imꝑfectio erit ex parte nostra. ¶ Ex parte etiam ipsius obiecti quandoq; contingit difficultas cognoscendi et non ex parte nostra: vt patet de ipsa materia prima: q̄ nō intelligitur a nostro intellectu: quia non mouet sensum propter debile et potentiale esse ipsiꝰ materie ꝑme. ¶ Ecce ergo quomodo discordant isti abinuicem de ipsa difficultate cognoscendi: et per consequens de ipso iudicio. Neq; tamen ponunt rationē: quare est iudicium difficile: de quo Hyppocrates vnā tantum posuit propositionem nihil vlterius explicando .s. q iudicium est difficile: et experimentum fallax. Aristoteles tamen tertio ethicoꝝ aliquantulum voluit magis limitate dicere de ipso iudicio in rectis actionibus et operationibus humanis .s. q recte iudicant: qui habent dictamen recte rationis: qd perficitur atq; regulatur per ipsam continentiam. Tunc queso dicat nobis Aristo. vnde et quis erit iudex illius dictaminis recte rationis? quilibet enim approbat tantuz illud qd cognoscit: et solum approbat proprium iudicium et proprium dictamen rationis et non alienum. Quia non ponit differentiam inter proprium iudicium et alienum: ergo neq; vere cognoscit. Cognitio enim distinctionis rei ab alia re: presupponit earundem cognitionē ſm proprias rationes (vt ipse testatur secūdo de anima) Neq; explicauit difficultatem quesite questionis: quare .s. cōtingit medicis collegiantibus et de omni egritudine adinuicem altercantibus diuersimode iudicare de essentia morboꝝ. Que sint febres: et a quibus humoribus dependent: et vbi sit minera febrium. Sic et iurisconsultis accidit questio

circa omnes causas. Et similiter omnibus iudicibus contingit: qui in omni iudicādo labuntur in contrarias sententias. Quod sane videtur a ratione alienum esse. Cū vnius rei naturalis sit vna veritas: ⁊ vnius actus iudicialis: vna eqtas: vel vnus iusticie rigor ⁊ non debet esse diuersus. ¶ Questio ergo maxima est: quare sit tanta iudiciorum diuersitas in omni arte ⁊ scientia: tam practica q̄ȝ speculatiua. ¶ Tentemus ergo nos rationes potiores difficultatem euacuantes assignare q̄ȝuis sit difficillimum: quoniā hoc negociuȝ requirit cognitionem omnium scientiarum atqȝ artium: ex quibus quisqȝ soluere poterit: omnes difficultates incidentes: quantuȝ se extēdit intellectus hominis pro statu isto. Si enim omnes scientie soluunt questiones omnes: non ergo vna soluere poterit omnes. Sicut neqȝ doctrina Aristotelis: que tantuȝ ex sensatis procedit in suis inquisitionibus: neqȝ est se resoluens ad vlteriorem scientiaȝ celestium. s. virtutum: imaginum: formaruȝ: atqȝ intelligentiarum: (vltra illas mouentes orbes) in quibus omnia pulchra latent digna scitu: que sane omnia sunt vltra ea que in doctrina Aristotelis continentur. Omnia quidem Philosophi simul etiā sumpta modica sunt: non solum respectu scibilium per se: verum etiam scibiliū que actu scita sunt. Qui enim nouerit virtutes celestes ⁊ angelos vel intelligētias: certe multa scire potest: de quibus Aristoteles ⁊ eius Auer. simpliciter nudi extitere: ⁊ omnes qui tantū in eius doctrina confidunt: si enim intelligentias esse negauit preter illas mouentes orbes Eudoxi vel Calipi: nō ne negat ⁊ felicitatem nostram post mortem in patria? certe sic: negat etiam scientiam vlteriorem: que ex ipsis haberi pōt. ¶ Dicamus ergo ꝙ scientia nostra ex propria inuentione finita ⁊ terminata est ⁊ non transcendit ea que per sensus acquiruntur. Qui quideȝ quia non se profundant vsqȝ ad substantiam: ideo substantia omnis ab intellectu nostro proprie non cognoscitur nisi per accidentia ⁊ operationes ipsius: accidentia enim magnam parteȝ conferunt ad cognoscendum quod quid est. Cuius quidē substantie cognoscende natura nouerca medium proprium subtraxit nobis: per quod deuenire possemus ad vltimas differentias eius. Concessit tamen differentias transcendentes ⁊ genericas accidentia: ⁊ operationes: atqȝ passiones vtinamqȝ proximas: sed vix magis remotas: quia forte ipsum rationale non erit propria ratio hominis ipsuȝ distinguens a leone: quia ⁊ aliquibus intelligentijs competit rationale (vt inquit Porphirius) de quibus alias multa possemus dicere. ¶ Diffiniamus ergo modo iudicium ⁊ causas eius effectiuas: formales: materiales: ⁊ finales: cuȝ ipsius vtilitate: vt cognitio eius perfectior habeat. Judiciū aūt est recta animi coniectatio ponentis differentiam ſm propriam rei cognitioneȝ: ex quibus iudiciū emanat vltimo. Sunt enim ista subordinata. s. res ipse: differentie rerum: scientia ipsarum: vltimo ⁊ iudiciuȝ: quod omnia hec veluti priora presupponere debet necessario. Judicium enim presupponit distinctam rei cognitionem: que ex propria obiecti ratione consurgit: propria autem ratio ex intrinsecis ⁊ proprijs quidditatibus conficitur. Per qđ quidem medium ⁊ Arist. secundo de anima probat dari sensum cōmunem: quia est aliqua virtus: que ponit differentiam inter sonum ⁊ colorem: que non potest esse visus: cuȝ non cognoscat sonum: neqȝ auditus: quia nō cognoscit colorem: ergo. Cause vero ⁊ efficiētes iudicij sunt constellationes (vt in premissis diximus) quando enim homo fuerit a forti constellatione Mercurij: Jouis: cum Saturno in sua limpiditate ⁊ posse roboratus: dominabitur concupiscentie: que (vt famulans ⁊ ministrās rationali anime) subijcietur ei ⁊ non dominabitur: qui profecto cum fuerit etiā edoctus in scientijs speculatiuis: erit continens ⁊ sine obijce dirigetur suo lumine a stellis causato in rectum ⁊ non in obliquū. ¶ Sed qa huius rectitudinis est latitudo fere infinita tam ex parte diuersarum mixtionum causarum efficientium ⁊ formalium: q̄ȝ etiam merito diuersarum causarum materialium recipiētiuȝ tales impressiones: ideo propter mixtionem diuersam: ⁊ stellarum influxum accidit tāta diuersitas iudicij. Neqȝ vnus erit iudex alterius iudicij: nisi diuersitatem cognouerit inter vtrūqȝ. Laudabit ergo quisqȝ proprium iudiciuȝ: sed Viri docti ⁊ limpidi intellectus laudabūt proprium iudicium cuȝ veritate. Sensati vero ⁊ nō tam limpidi apparens laudabūt iudicium: nō tamen existens. Hec autem diuersitas iudicij ex parte anime: que in rectum ducitur: quia dominatur sensui. ¶ Ex parte etiā rei ad extra animam (que est causa materialis) fit iudiciuȝ difficile. Actiones enim humane atqȝ operationes nostre in quadam mediocritate existere debet: que extremis mensurantur: que mediocritas non stat in indiuisibili: quare diuersi diuerso iudicio deducuntur ad tale mediū. Qui eniȝ magis sensati sunt ad latus equalitatis medij declinant: vt luxuriosi iudicant: ꝙ explere venerem sit bonum: quia est opus nature: casti vero ⁊ religiosi magis

abstinebunt:⁊ sunt in ipsa equalitate magis
iusta ⁊ temperata. Quis ergo erit iudex in-
ter hos duos. s. qui continens est vel qui ad
Venerem pronus est? Certe ratio ⁊ veritas
erit iudex inter hos homines disceptantes.
¶ Idem erit dicendum de Medicis in col-
legijs disputantibus: vbi multi lumine intel
lectus: ⁊ multi confusione sensus aguntur.
Qui non docti sed magis sensati ⁊ non con-
tinentes existunt: ideo in errores prolabun-
tur: inter quorum extrema est latitudo mul-
ta. Perfecte ergo iudicabit qui habet ani-
mam illuminatam: cui concupiscentia non
dominatur: sic in vtero materno dono dei or
ganizatã: in bonis moribus a teneris institu
tã ⁊ educatã: Doctã postmodum per artem
⁊ experientiam exercitatã: ex quibus proue
nit verum dictamen recte rationis. Qui er-
go plures gradus de his perfectionibus ha-
buerit. Is certe rectiꝰ iudicabit: ⁊ illius sen-
tentie magis obtemperandum erit.

Capitulum. xvij. De potẽtia ⁊ magnitudine
stellaꝝ fixaꝝ prime ⁊ scđe magnitudinis.



[Q]uoniã stellaꝝ fixaꝝ potẽtia ma
gnitudo: ⁊ distãtia a terra: atqꝫ
diuturna ꝓductio effectuũ in re
bꝰ inferioribꝰ: q̃ ꝑncipiũ atqꝫ cre
mentũ ⁊ declinationem ab ipsis
suscipiunt. Presertim quantũ ad rerũ initia
que talibus stellaꝝ influxibus suscipiẽdis ꝓ-
portionant: summopere cõsiderant a sapien-
tibus: ⁊ ipsum intellectum quantumcunqꝫ
perspicacem ⁊ in talibus scientijs educatuꝫ
perficiunt cognoscẽdo multitudinẽ virtutuꝫ
ipsaꝝ. Ideo vt plenior supradictoruꝫ cogni-
tio habeatur de ipsaꝝ dispositione. Preser-
tim quo ad figure ꝯstructionẽ ⁊ maiorẽ iudi
cij faciendi verificationem habendaꝫ: resolu
tius (vt potero) de ipsis pertractabo et bre-
uius primo de ipsaꝝ magnitudine differet.
Quelibet aũt earũ prime magnitudinis ma
ior est nonagesies quinquies tota terra: quã-
tũcunqꝫ visu tam parue atqꝫ exigue appa-
reant. Cuiuscunqꝫ eniꝫ rei vise conus ipsius
est in pupilla oculi: ⁊ in re visa est basis eius
Anguli autem ipsius coni continue varian-
tur ad variationem ipsius rei accedentis vel
recedentis ab oculo. Si enim Angulus coni
fuerit obtusus propter rem visam: res ma-
gna apparebit ad sensum visus et eadem re
successiue remota successiue anguli magis
acuẽtur: ⁊ res visa minor apparebit propter
minorem angulum in pupilla oculi termina
tum. Exemplum est de digito ante oculum
posito: quoniam tunc digitus magnus oculo
apparebit: quia plusq̃ꝫ medium celi obum-
brabit: q̃m angulus ipsius coni in oculo ter
minatus erit obtusus: ꝗ maior est omni acu-
to. Cum auteꝫ digitus remouetur: continue
angulus ex obtuso acutꝰ fiet: ⁊ ex acuto suc-
cessiue magis atqꝫ magis in acutionẽ ꝓcedẽ
do: quodãmodo in infinitum mathematicuꝫ
causabit acutꝰ. Intantũ quousqꝫ res visa am
plius nõ videbit: q̃m talis angulus in tantũ
acuetur: ꝙ non mouebit amplius potentiam
oculi. Si enim mons quantũcunqꝫ magnus
in distantia centum milliariorum paruus ap
parebit. Quare ergo stelle fixe non appare-
bunt parue? Quum distant ab ipsa terra vl-
tra sexagintaquinqꝫ millia millia milliaria.
Quarum concauum orbis est milliarioꝝ vl-
tra. ccccx. millia millia milliaria: q̃ tñ spacia
in die naturali vigintiquattuor horaruꝫ sua
velocitate percurrunt: que omnia ratione
circini indubitata arte mathematica cõpro-
bantur: precipue cum arte prospectiua. Si-
deribꝰ aũt magnis inest magna potẽtia agẽ-
di: diuturnitas aũt motus eoꝝ: quẽ peragũt
in. xlix. millibꝰ annoꝝ vnã complendo reuo-
lutionẽ motu proprio: est causa ꝙ imprimũt
⁊ figunt virtutẽ in rebus sublunaribus diu-
turne permanentie: quãdo res ipse nate sunt
suscipere actiões eoꝝ. Sicut sunt fundatio-
nes ciuitatũ: initia regnoꝝ: sectaꝝ: edificioꝝ:
diuersaꝝ formaꝝ: atqꝫ virtutũ in lapidibus
⁊ alijs in visceribus terre existẽtibus: puta
gẽmis ⁊ mineris. Directiones enim harum
stellarum sunt tarde: quia singulis. clxiiij. an
nis ⁊ diebus datur gradus vnus equatoris.
Ideo contingit rebus multis tarde suscipe-
re mutationes de tali esse ad nõ tale esse: sed
alterari potius ꝯtingit. Maxime quando in
cuspidibus domoꝝ inuente fuerint in princi
pio alicuius rei principiate. Solẽt etiaꝫ dare
hoibus grandia dona ⁊ felicia. Presertiꝫ q̃n
stelle beybenie de natura Iouis in cuspidi-
bus repte fuerũt. Quãdoqꝫ autẽ infauste fi-
niunt: quando de natura Saturni vel Mar
tis in eisdẽ cuspidibꝰ repte fuerint. ¶ Quare
vt cuiusqꝫ ingeniũ veritatis capax omni ex
parte huius admirabilis pronosticoꝝ doctri
ne ꝑficiat. Ideo cũ sũma solertia labore atqꝫ
studio tabulã posui stellaꝝ fixaꝝ qdeciꝫ ꝑ-
me magnitudinis: cũ canopo stella poli an-
tartici. In scđo aũt ordine posui stellas secũ-
di ordinis in virtute ⁊ posse. s. scđe magnitu-
dinis: neqꝫ nõ lõgitudines ⁊ latitudines de-
clinationes: ⁊ partes eaꝝ: q̃. s. eaꝝ sint septẽ-
trionales vel meridionales: ⁊ cũ qbꝰ gradibꝰ
mediãt celũ: ⁊ cũ qbꝰ oriunt: ⁊ cũ qbus occi-
dunt: ⁊ cũ naturis eaꝝ. Vt equata figura ce-
li de qua iam supra canones posui: qsqꝫ pos-
sit collocare stellas in domoꝝ cuspidibus re-
ptas: que qdẽ stelle (vt cõpertũ est) nõ agũt
neqꝫ potẽtiã exercent in effectibꝰ: nisi quãdo
in cuspidibus domorum reperte fuerint tem
pore alicuius rei principiate sub aliqua ea-
rum in angulo existente.

Stelle Fixe Prime magnitudinis Verificate Ad Annum. 1528.

Nomina	Longitudo. S	G	M	Latitudo G	M	Pars lati	Declinatio. G	M	Pars decli	Ascẽsio Recta. S	G	M			Ortus S	G	M	Occasus. S	G	M	Natura.
Vociferãs aut lãceat.	♎	16	49	31	30	S	22	28	S	♎	29	13	207	17	♎	2	4	♐	17	41	♃ & ♂
Vultur cadens.	♑	37	9	62	0	S	38	37	S	♑	3	49	274	12	♏	1	8	♓	5	9	♀
Hircus supra sinistrã spatulam.	♊	14	49	22	30	S	44	54	S	♊	11	6	69	47	♒	25	13	♌	20	21	♂ & ☿
Oculus Tauri vel Aldebaram.	♊	2	29	5	10	M	15	55	S	♊	3	14	61	6	♊	10	26	♉	28	33	♂ & ☿
Cor Leonis Rex.	♌	22	19	0	10	S	14	21	S	♌	22	18	144	41	♌	22	0	♌	22	24	♃ & ♂
Cauda Leonis.	♍	14	28	11	50	S	17	10	S	♍	19	11	165	31	♍	8	4	♎	15	23	♄ ♀ & p. ☿
Spica virginis supra palmam sinistram.	♎	16	29	2	0	M	4	33	M	♎	16	24	194	51	♎	17	5	♎	11	13	♀ & p. ☿
Os Piscis Meridi. vel postremũ fusionis.	♒	19	49	23	0	M	36	36	M	♒	28	38	330	52	♉	4	25	♒	1	41	♄ & p. ♃
Dexter humerus orionis.	♊	21	49	17	0	M	6	16	M	♊	23	15	81	57	♋	10	37	♊	7	26	♂ & ☿
Sinister pes orionis. Rigel.	♊	8	59	31	30	M	9	20	M	♊	13	13	72	25	♋	14	39	♉	17	0	♃ & ♄
Postremu Fluminis.	♈	19	59	53	30	M	41	6	M	♉	14	35			♌	1	44	♓	15	49	♃
Canis maior Alabor.	♋	7	29	39	10	M	15	47	M	♋	6	49	96	5	♌	10	5	♊	1	9	♃ & p. ♂
Canis minor.	♋	18	59	16	10	M	6	2	S	♋	16	40	108	8	♌	0	59	♊	28	38	☿ & p. ♂
Canopus: Polus Antarticus.	♋	6	59	59	0	M	49	34	M	♋	8	12									♄ & ♃
Pes dexter Centauri.	♎	18	9	41	10	M	48	5	M	♎	5	40									♀ & ☿
STELLE SECVNDE MAGNITVDINIS.																					
Latus australe vrse minoris.	♌	6	59	72	50	S	76	4	S	♏	14	57									♀ & ♄
Latus septentrionale eiusdem.	♌	15	59	74	50	S	73	28	S	♏	21	30									♀ & ♄
Dorsũ vrse maioris.	♌	12	29	48	0	S	62	20	S	♍	10	18									
Mirach eiusdem.	♌	11	59	44	30	S	58	45	S	♍	3	23									♂
Coxa sinistra eiusdẽ.	♌	23	49	46	30	S	55	54	S	♍	20	23									♂
Alioth. i. cauda eius: est prima trium.	♍	1	59	53	30	S	58	9	S	♎	7	20									♂ ♂ ♀ & ☽
Medium caude.	♍	7	49	55	40	S	57	28	S	♎	15	25									
Extremitas caude.	♍	19	39	54	0	S	51	44	S	♎	22	54									♂ ♀ & ☽
Arreta lucida corone	♏	4	29	44	30	S	28	50	S	♏	20	17									♂ ♀ & ☽
Cauda Galline.	♒	28	59	60	0	S	43	41	S	♒	3	53			♎	11	14	♑	14	32	♀ & ☿
Latus dextrum desferẽtis caput Algol	♉	24	39	30	0	S	47	40	S	♉	14	0			♏	10	20	♈	14	25	♀ ☿ ♄ ♀
Caput Algol.	♉	19	29	23	0	S	39	28	S	♉	11	16									
Humerus Alaioth est supra spatulã dextrã.	♊	22	59	20	0	S	43	14	S	♊	20	59			♑ ♈	29 19	15 13	♊ ♌	11 8	40 35	♄ ♀ ♂ ☿
Vultur volãs altair ẽ iter duas spatulas.	♑	23	39	29	10	S	7	19	S	♑	18	59			♐	18	54	♒	13	5	♂ ♃
Cõis equi & mulieris catenate. i. capitis ei⁹.	♈	7	39	20	0	S	26	37	S	♓	25	13			♒	2	17	♈	19	30	♂ ♃
Ala equi.	♈	1	59	12	30	S	12	0	S	♓	26	11									
Humerus equi.	♓	21	59	31	0	S	25	2	S	♓	7	42			♓	0	26	♈	6	46	♂ ♃
Que est inter duas spatulas.	♓	16	29	19	40	S	12	40	S	♓	7	56			♑ ♒	15 3	30 47	♈ ♓	5 24	30 21	♂ ♃ ♂ ♃

Stelle Fixe Prime magnitudinis Verificate Ad Annum. 1528.

Nomina	Longitudo S	G	M	Latitudo G	M	Pars lati	Declinatio G	M	Pars decli	Ascensio Recta S	G	M	Ortus S	G	M	Occasus S	G	M	Natura
Capitis Geminorum Antecedentis.	♋	13	9	9	40	S	32	29	S	♋	13	56	♋	1	15	♌	1	12	♂ ♀
Capitis Geminorum.	♋	16	29	6	15	S	28	41	S	♋	17	2	♋	9	44	♋	26	7	♂ ☿
Media in capite leon.	♌	21	59	8	30	S	22	18	S	♌	24	46	♌	16	44	♍	13	38	♄ & p. ♂
Australis in eodem capite Leonis.	♌	20	24	4	30	S	18	57	S	♌	21	46	♌	14	46	♍	0	41	♃ & ♂
Dorsum Leonis.	♍	3	59	13	40	S	22	52	S	♏	9	22	♌	26	45	♎	11	27	♄ ♀ & p. ☿
Extremitas lancis Meridionalis.	♍	7	49	0	40	S	14	42	M	♏	7	19	♏	7	54	♏	6	5	♀ & ♃
Extremitas eiusdem Septentrionalis.	♍	11	59	8	30	S	7	17	M	♏	14	25	♏	7	15	♏	7	52	♀ & ♃
Cor Scorpionis. Calb alatrab.	♐	2	29	4	0	M	24	35	M	♐	1	24	♐	5	30	♏	24	18	♂ & p. ♃
Cauda sinistra.	♑	7	29	23	0	M	46	15	M	♑	8	51							♃ & ♄
Pes eiusdem.	♑	6	49	18	0	M	41	19	M	♑	7	41	♒	23	16	♏	0	52	♃ & ♄
Humerus Aquarii.	♒	16	19	8	50	M	7	37	M	♒	13	24	♑	29	43	♒	26	7	♄ & ♀
Venter Ceti.	♈	14	49	20	0	M	12	41	M	♈	22	26	♉	26	5	♈	6	0	♄ & ♀
Cauda Ceti.	♈	9	29	15	20	M	10	25	M	♈	16	50	♉	14	34	♈	3	2	♄ & ♀
Humerus Orionis sinister.	♊	10	9	17	30	M	4	40	M	♊	12	19	♋	9	55	♉	19	54	♂ & ♀
Prima in cingulo Orionis.	♊	15	9	24	10	M	1	23	M	♊	17	24	♋	11	14	♉	26	35	♃ & ♄
Secūda in cingulo.	♊	17	9	24	50	M	1	53	M	♊	19	2	♋	13	42	♉	27	37	♃ & ♄
Tertia eiusdem in cingulo.	♊	17	59	25	40	M	2	39	M	♊	19	52	♋	15	0	♉	27	38	♃ & ♄
Sequens secundas sub istis.	♊	18	42	59	40	M	30	27	M	♊	23	22	♌	22	31	♈	26	37	♀
Antecedens duarū.	♊	15	34	57	40	M	35	48	M	♊	21	22	♌	19	55	♈	26	13	♀
Lucida super transtrū nauis.	♌	10	44	58	20	M	38	28	M	♋	24	4	♎	21	17	♉	17	50	♄ & p. ♃
Que sub tribus istis.	♌	4	59	54	30	M	33	48	M	♋	21	42	♎	1	11	♉	15	55	♄ & p. ♃
Super sectione trāstri.	♌	7	19	51	15	M	31	4	M	♋	24	12	♎	9	39	♉	29	45	♄ & p. ♃
Seques hac sub trastro	♌	20	9	63	50	M	45	9	M	♋	26	34							♄ & p. ♃
Australis sub ista.	♌	18	19	69	40	M	51	52	M	♋	26	30							♄ & p. ♃
Sequens trium.	♍	16	49	67	28	M	53	59	M	♌	6	30							♄ & p. ♃
Lucida duarum coniunctarum.	♌	19	49	20	30	M	4	31	M	♌	13	21	♌	29	52	♋	15	12	♄ & p. ♃ ♄ & ♀
Coxa Centauri Dextra.	♌	22	29	46	10	M	50	0	M	♏	25	23							♃ ♀
Concauitas pedis eius.	♎	29	49	51	10	M	56	55	M	♏	26	53							♃ ♀
Genu pedis sinistri.	♏	13	59	45	20	M	57	46	M	♎	19	13							
Venter Centauri.	♏	6	9	43	0	M	62	24	M	♏	21	46							♃ ♀
Calcaneum Centauri.	♏	5	9	51	40	M	70	37	M	♏	11	11							♀
Musculus huius pedis.	♏	0	59	55	20	M	72	12	M	♎	26	51							♀ ♀

Capitulum primum. De modo curandi febres.



Ublimis deus creauit hominem ⁊ donauit ei spiritũ sapientie: vt secreta nature scrutaretur ⁊ in vsum proprium (que bona sunt) conuerteret. Multa tamen sapiẽtibus abscondit: que paruulis reuelauit: vidimus certe superiorib⁹ annis in nostra peregrinatione per orbem diuersas hominum operationes ⁊ diuersos modos medicandi: vbi viles vsq3 vetule: passim medelas exercentes; sic expedite dolores pleureticos sanare: vt solo exhibito puluere vnius radicis: paucis in horis apostema totuz solutum fuerit: ⁊ febris eradicata penitus vbi per doctrinas ⁊ canones facultatis medicine cõmunes multi moriuntur: quantũcunq3 exhibeantur omnia potiora remedia medicorum: ⁊ maxime si vinum perlereticis exhibeatur ⁊ post digestionem apostematis (prout Princeps cõcedere videtur) decima tertij capitulo primo: in quo certe est error manifestus. Nõ eni est morbus homini ꝯtingens: in quo sit adeo vehemens appetitus in suum contrarium: quantum pleuretici in vinum: ⁊ quod sit magis perniciosum ⁊ letale: nec sitibunduz hydropicum potus aque tam velociter interimit: quantũ dolentem pleureticuz vini exhibitio: quantũcunq3 apostema sit digestum: nouam enim facit collectionem: ⁊ recidiuam ad mortem terminabilem. ¶ Ex quo patet solutio questionis nuperrime occurrentis: quare. s. pleura est morbus acutus in septima vel nona (vt in pluribus) terminabilis: vbi nullum aliud apostema pectoris vel vulnus illatũ pectori: etiã penetrãs tam cito pimat sicut apostema pleureticũ: cuius cã est: quia a prima hora doloris pleure massa humoralis incipit corrumpi ⁊ in saniem successiue conuerti: intantum ꝙ in septima vel nona die (nullo medicamine exhibito) fere tota flobothomia apparebit alba ⁊ saniosa: signum est: ꝙ in diuersis facta flobothomia prima die aliqualis apparebit sanies supernatans: in secunda die magis adbuc: nona autem die facta flobothomia (vbi prius non fuerunt facta opportuna remedia) certe apparebit tota massa humoralis saniosa cuz q̃ vita stare non potest: ⁊ sic moriũtur egri: q̃ alia appostemata nõ faciũt: ideo ⁊ pleura est acuta. Quare premissis vniuersalibus: vel etiam sola flobothomia (quaz emperici premittere nesciunt) exhibito puluere solo. ¶ Certe pleuretici omnes statim sanãtur. Qua sanatione sic expedite facta Principis doctrina non videtur continere omnia medico necessaria. ¶ Sed qd dicemus de fluxu dissenterico: qui sua acuta malignitate cholerica solet medicos tantum defatigare: nescientes excoriationi: ⁊ intestinoruz perforationi medelam congruam prestare: 𝔮3uis exhibeatur reubarbarum: vel etiam torrefactum: vel potus coaguli leporis cum caseo (ablato sale) quod est vltimum Auic. in corrosione intestinorum. Localia etiã medicorum non operantur: quin singulis annis in fine estatis ferre infiniti pueri ⁊ etiam adulti a tali fluxu corripiantur. Ubi sepissime viles emperici in confusionem Auicenne gloriantis ipsuz. s. minus 𝔮3 medico sit necessariuz comprehendisse. Omnes enim fluxuz dissentericum patientes sanabãt: simplicem enim medicinaz per os ⁊ per enema exhibẽt: q̄ cholere acuitatẽ potenter obtundit ⁊ dolores tollit oẽs: quo fit (vt remota causa) vlcera sanãtur oĩa: ⁊ virtus subleuata appetitum ⁊ somnum ꝓcuret laudabilem ⁊ sanitatem: nec medicina talis est opiata: sed temperata in actiuis: in secundis qualitatibus ad stipticitatem decliuis: etherogenea est certe ⁊ pinguis.

¶ Uidimus etiã curas particulares in morbis ⁊ accidentibus particularibus: multas a multis vetulis ⁊ empericis exhibitas ⁊ laudabiles: quas redegimus ad canones ⁊ modos operandi scientificos. Sicut saxifragiã maiorem: que hircina dicitur: quam nutrices (quibus lac diminuitur) in sinu si portauerint: lac certe in sex horis taz mirabili modo prouocat: ꝙ nutrices plantam deponere cogantur non sustinentes vlteriorem venaruz solutionem: pre multitudine lactis multiplicati: hanc autem empericorum experientiã proinde laudamus non vt empericorum more sit procedendum in egrorum curis: veruz potius vt facile cognoscatur: quantum (experientia teste) possit fieri additio medice facultati: siue Galieni: siue Hippo. ⁊ Auicẽne.

Capitulum secundum. De cura febris ethice ⁊ eius diuisione.



Xpedit medico scire sanare omnes morbos: sed maxime ipsas febres: raro enim contingit mori naturaliter preter𝔮3 ex febre. Qui ergo nouerit curare febres plus𝔮3 mediocris medicus erit: difficilis tamen ipsarum cura est: signum est diuersitas tot scribẽtiũ in plenitiũ libros intus ⁊ extra notatos: nec duz recte completos. Ideo nos tentabimus (deo duce) aliquid in febribus addere: tam materialibus 𝔮3 immaterialib⁹. Et primo de ethica febre postposita ephimera que

ra que

ra: que (nisi prima die curatur) in putridam conuertitur de quibus putridis post agem.

¶Ethica aũt febris est duplex. Pura. s. z nõ pura: pura que febris essentia dicitur: nõ pura est duplex: que putride coniungit. Et ethica febris accidẽs: que in pthisi seqtur vlcus pulmonis. Propter enim impedimentum flabelli non debite euentatis caliditatẽ cordis z putridarum materiarum ex pulmone ad cor eleuatarum ipsum debilitando z inflamando calore preternaturali fit ethica febris accidens. Febris autem ethica est calor extraneus cordi z membris radicalibus impressus in facto esse impediens omnes virtutes. Cuius qdẽ ethice cũ sit cõplexio lapsa p calidum z siccum: z omnis cura fit per contrarium. Ideo Princeps in prima quarti z cõmunis schola medicorum sequitur ipsuꝫ: ponentes curam eius fore per frigidũ z humidum: sicut cum camphora z mucilagine psiliy z similibus. ¶Pace tãti auctoris est error in tali cura manifestus: z lapsus omniuꝫ sapientum vsqꝫ nunc: ethicam. s. per frigiduꝫ z humiduꝫ recte sanare posse. Ratio erroris ipsorum est: quia non ad causam conseruationis z fixionis febris ethice pmo respexerũt credentes ꝙ sicut ethica non habet causam antecedentem z coniunctã ad sic non habet sui causam conseruantem z figentem: prout habent putride. s. ipsos humores vel oppilationes. Ideo se conuerterunt ad curandam z remouendam qualitatem impressam per contrarias qualitates. s. per frigida z humida. His forte rationibꝰ moti. Propterea qa causa primitiua non conseruat ethicam puta sol: qui quãuis fuerit quandoqꝫ causa efficiens: tamen quia preterijt: ideo nõ conseruat: illud enim ꝙ non est illud non conseruat. Nõ etiam causa antecedens vel coniuncta: quia esset putrida. Neqꝫ oppilatio ipsaꝫ conseruat: quia nulla existẽte oppilatione est tamen febris ethica. Et minus potest dici ꝙ se ipsam conseruet z figit: ideo per frigida z humida est cura eius. Caliditas certe z siccitas febris ethice non conseruat caliditateꝫ z siccitatem febris ethice: nihil enim agit in seipsum: quia actus z potentia que diuidunt omne ens prima sui diuisione: essent idem. Quibus rationibus forte moti nõ vlteriorẽ inquisitionem fecerunt: quid conseruat z figit febrem ethicam essentia. Qui ergo non cognoscit causam morbi: neqꝫ morbum recte curabit.

¶Secunda causa erroris est: quia Auicen. posuit ibidem tres species intensibilis febris ethice: ideo posuerunt ꝙ ethica (sicut z alie febres putride) habet horas vniuersales principiũ argumentuꝫ statum z declinationem: quod probãt. Omne quod intendit z remittitur: illud habet omne tempus: sed ethica febris intenditur z remittitur: ergo ethica febris habet tẽpora vel horas: in prima enim specie est remisa: in secunda est intẽsior: z in tertia maxime intensa: per Auic. ergo. Que species cognoscuntur (dicunt ipse) penes accidentia propria: per pulsuꝫ durũ z frequentem: z per caliditatem in fine maiorem qꝫ in pncipio. Que quidẽ rationes peccant per equiuocationem: non enim tempora considerantur penes intensionem z remissionem caliditatis vel exsiccationis: quas subiectum recipit: vel penes pulsum durum vel frequentem: quia caliditas ethica nõ intenditur: qꝫuis exsiccatis primis vel secundis humiditatibus ipsa caliditas z siccitas per accidẽs magis sentiatur. Sed quattuor hore vniuersales bene considerantur penes digestionem humorum: qui sunt materia febrium materialium. Febris autem ethica (cum sit immaterialis) non recipit digestionem: ergo non habet tempora: quare mẽbra que sunt subiectum febris ethice: non recipiunt digestionem. Sed vera regularis z velox cura erit per absciisionem cause conseruãtis ethicam. Que est cordis z membrorum debilitas. Debilitas autem mẽbrorum non curatur per frigidum z humidum: ea enim magis debilitant z prosternunt membra debilia: que post longas febres redduntur frigida resolutis spiritibus a calore addito ipsi naturali: per queꝫ factus est pternaturalis. Que sunt camphorata cum psilio z huius generis: que ponit Auicen. que non soluꝫ nõ confortant membra debilia z spiritus resolutos instaurant: sed quideꝫ magis prosternũt ergo magis grauando virtutem magis infirmant. ¶Sed potus noster z medicina cum sit stipticus confortat cor z membra debilia humiduꝫ radicale z spiritus deperditos restaurat: ex quibus virtus facta fortis cuꝫ fortitudine remouet illas qualitates membris z cordi impressas z se ad sanitatem pristinã reducit. Per nostraꝫ ergo potionem optime ac velocissime curabitur remouendo causaꝫ magis qꝫ lapsum complexionis. Sicut si qs fumum oculis nociuum expellere cupit extinguat ignem: fumus certe per se resoluetur insensibiliter.

Capitulum tertium. De cura febris ethice coniuncta putride.



Ebris ethica frequenter putride coniungitur: que in paroxismo non sentitur: neqꝫ a medico per pulsuꝫ percipitur: sed in declina-

tione hore particularis cognoscitur per pulsum durum ⁊ frequentem: ⁊ post cibum per quandã expansionẽ pulsus: per vrinã etiã in mane collectam in superficie cuius nebula pinguis super natare solet: renes enim liquefiunt: ⁊ membra pariter pre nimia caliditate febrili. Cura cuius est curare putridã febrem: que est causa eius cõseruationis: nõ tamen ethicam negligere debes: quoniam principalis intentio curandi circa ipsam debet esse.

Capitulum quartum. De cura febris ethice accidens.

Cura febris ethice accidens: que ad vlcus pulmonis sequitur: vel aliud apostema: vel febrem cronicam exsiccantem corpus: Cura prius essentiam egritudinis: ethice autem accidens cura iam patuit.

Capitulum quintum. De cura pthisis.

Quãuis autem intentio nostra sit ponere curam febrium immaterialium: ⁊ post eas que dependent a materia: sed quia febris ethica accidens (que ad pthisim sequitur) non prius curari potest: ꝙ pthisis curata fuerit: Ideo curam pthisis ⁊ accidentiũ eius expedit interserere: maxime si breui sermone ratiõalis cura posita fuerit ⁊ diffinitio. ¶ Pthisis est substãtia pulmonis vlcerata saniem per tussim excreans. ¶ Tussis autem cum sit propria passio pulmonis nocumentum ipsi illatũ primo manifestat: oĩs enim pthisicus tussit: non tamen omnis tussiens est pthisicus: p̄mo ergo distinguamus has tusses ⁊ que illarum pthisim significat: que vero alias eius passiones. Tussis aũt est ꝓpter nocumentũ pulmoni illatũ ꝓueniens. Que duplex est sicca. s. ⁊ humida. Sicca cũ materia vel sine materia: vt sunt lapsus q̈ttuor qualitatum: cum materia: que non potest excreari vel que depẽdet ab aliquo apostemate non resudante sed grauante. Humida autem vel catarralis est a capite descendens ⁊ est dulcis ⁊ non vlcerat pulmonem: alia vero salsa vlcerãs substãtiã pulmonis causans pthisim: de qua est modo sermo noster. ¶ Causa vero p̄mitiua pthisis (quia est semper ad extra corpus) ideo raro solet causare pthisim: puta passio anime vel obuiatio: nisi quando causat solutionem continui in pulmone vel pectore: ad quam sequitur fluxus sanguinis ad extra venas in saniem conuersi pulmonẽ corrodentis ⁊ quando ꝗ vlterius sese ꝓfundãtis. ¶ Causa aũt antecedens: quia est ad intra communiter (⁊ vt in pluribus) solet esse catarrus cholericus vel salsus a capite ad pulmonem descendens: vlcerans pulmonem: q̈ꝫuis ⁊ alie cause possunt esse vt in paucioribus: puta aliqua apertio venarum in pectore vel aliquod apostema pectoris male curatũ: quãdo illa sanies vlcerat pulmonẽ. ¶ Causa ergo catarri multi ⁊ salsi querenda est: vt omni cum ingenio illa primo remoueatur: qua stante stabit ⁊ egritudo. ¶ Causa remota est debilitas stomachi male digerentis superfluitates multas (per viam indigestionis) multiplicatas: quo fit: vt multe materie fumose continno ad caput ascendunt: ⁊ continuo caput debilitãt. Causa vero catarri ꝓxima est debilitas capitis per se: ⁊ non potẽs nõ recipere materias a stomacho eleuatas. ¶ Causa aũt catarri salsi vel cholerici est duplex vna per se alia per accidens: per se quãdo caput calidum vel cholericum admiscet coleram cum illa materia subtili flegmatica eleuata a stomacho q̄ per vlteriorẽ decoctionem fit salsa. Causa vero per accidens: est quando materia a capite recepta putrefit ⁊ arripitur a calore preternaturali ⁊ conuertitur in salsedinem non naturalem: que descendens ad pulmonem vlcerat ipsũ ⁊ causat pthisim. ¶ Medicus ergo obseruare debet: que est causa pthisim producẽs: si est recipiens sanitatem vel non. Si enim fuerit egritudo male compositionis creature: quia caput est plus debito paruum ⁊ debile: collum longum ⁊ pronum: spatule eleuate sine carne: pectus angustum: ⁊ stomachus debilis: cum hoc si etiã fuerit egritudo male cõplexionis cholerice ⁊ iuuenis: ⁊ catarrus salsus: ⁊ pthisis prolongata ⁊ diuturna fuerit: ⁊ vlcus profundatum: maxime si fluxus aderit propter debilitatem virtutum: casus capillorum: appetitus prostratus: difficultas anelitus: signa hec indicant egritudinem nõ curabilẽ: ⁊ signa opposita arguunt eius oppositum: ⁊ quanto fuerint signa plura in bonum vel malum: tanto plus erit sperandum vel desperandum de illo pthisico. Ponende sunt tamen cure pthisis singulares que plures poterunt egrotantes sanare: ꝙ ille cure medicorum cõmunes non perfecte nec adequate potẽte morbos curare: qa enim sunt debilia ideo prius eger moritur ꝙ talia debilia vel non adequata infirmum subleuent. Diximus ꝙ cõmuniter causa pthisis est catarrus salsus: ⁊ ipse causatus a duplici membro debili stomacho. s. ⁊ capite: ideo ad debilitatem remouendam ⁊ virtutem subleuandam erit primo nostra intentio tota: scdo in

loco

loco catarri correctio: tertio & vltimo vlcerum pulmonis cõsolidatio. Stomachus aũt debilis frigidus (qui vt in pluribus est talis) euacuabitur primo. ℞. pillularũ de biera cũ agarico. ʒ. i. sumptis in mane: die vero sequẽti. ℞. pillularũ thuris onci. ß. masticis. ʒ. iij. garofilorum. ʒ. j. terbentine quãtum sufficit ad lentum ignem fiat cerotum: quod applicabitur die sequẽti ieiuno stomacho: q̃ si fuerit Mulier patiens: semper adde in tali ceroto. ʒ. j. asse fetide loco garofilorum: odorifera enim non conferunt mulieribus in parte superiori propter prefocationẽ matricis. Caput etiam purgari debet primo euacuando materiã cũ. ʒ. j. pillulaꝝ de biera cũ agarico: secundo fac diuersionem catarri per caputpurgium: & pro aperiẽdo porros nasi oppilatos. ℞. butiri & per tres noctes vnge nasum inter duo cilia & etiã ad intra: quarta vero die in mane. ℞. succi blitis: aque maiorane añ. onc. ß. ponat patiens super palmam manus & trahat per nasum bis vel ter interpolatis vicibus in mane. Tertio. ℞. thuris masticis sandaraci añ. ʒ ij. misſ. & patienti pone parum singulis tribus diebus de isto puluere super commissuram capitis: veterem puluerem cum pectine abstergendo & nouũ imponendo. Quarto. ℞. ʒ. ß. masticis & patiens in mane masticet per horam: quoniam euacuabit caput & stomachum & pectus a multis superfluitatibus: & hec tria membra confortabit & sic potest facere pluribus vicibus sed interpolatis. Quinto fac loc diuinũ & expertum. ℞. hyreos: hyssopi: alasce subtiliter puluerizati: bullient in mele despumato & vtatur tussiens in mane: dilatat eniz pectus: facilitat sputũ & tussim: & potenter euacuat & abstergit materias in pulmone contentas. Euacuatis putridis materiebus in pulmone existentibus: tunc immediate confortabis ita pulmonem. ℞. aquarum mirti onc. iij. zucchari rosati trium annorum vel duorum: & summat paulatine sicut & omne lac sumitur: & si supinus in lecto iacuerit tanto melius: vt lambẽdo materia descẽdat ad pulmonem: & non ad stomachum: quantum est possibile: teneat etiam in ore quandoqz diadraganti cum bolo: Auicenna autem laudat lac asine nisi corrũpatur propter febrẽ: lactis certe bezoar erit zuccharũ: quod preseruat lac ab omni corruptione: & dulcia competunt pectori. Lac enim laudo cum zucch//aro maxime rosato: certe propter hoc habebitur cura sublimis ipsius ptbisis: cum bono regimine in sex rebus non naturalibus: sed quia modum ptbisane ordei conferentẽ non ponunt auctores cum magno enim labore & multa decoctione tollitur eius nocumentum propter superfluam eius ventositatez: in tertia enim digestione solet causare solutionem continui ipsius pulmonis: quare cautela erit accipere testam auream: & implere de farina ordei: coopertam cum pasta: que imponatur in furnum: quando & panis ponitur ad decoquendum: & extrahatur cum pane: que farina sic cocta non indiget multa decoctione: aliter q̃z p quattuor horas: & nisi fuerit cocta noceret: que si fuerit cocta in aqua vel iure carnis cuz zucchbaro: magis nutriet: que abstergendo infrigidabit pulmonem. ¶ Notandum tamen est: q̃ nullus ptbisicus flobothomandus est (q̃zuis Auic. decima tertij capitulo sexto de curã ptbisis: ponat ptbisicuz mundari per flobothomiam: & ipsum sequutus est sauonarola bonus practicus: tamen pace ipsorum dixerim: certe est error manifestus quẽpiam flobothomare. Ptbisicus eniz omnis propter apostema in pulmone partiz: & partim propter febrem ethicam accidens: que continue affligit ptbisicum resoluendo & debilitando omnes virtutes maxime naturales: & flobothomia est de maxime ꝓsternẽtibꝰ oẽs virtutes multũ debilitaẽ: & ideo virtꝰ ptbisici resoluta indiget subleuatione & non vlteriori resolutiõe: neqz video ptbisicũ esse sanguineum: que complexio arguit fortitudinem virtutum omnium: & ptbisicus omnis est virtutum debilium omniuz: nisi forte vellent dicere quando vena pectoris esset aperta: tunc certe flobothomia esset competens: sed diuersiua & non euacuatiua (vt ipsi intendunt) dicentes quando est sanguinis peccatum: quare nullus ptbisicus est flobothomãdus: & in actu practico hoc est probatum. ¶ Hoc certe regimen curatiuũ existimo posse conferre pluribus q̃z conferant cõmuni a medicorum passim edita satis certe spernenda ne minus exercitati in ipsis labantur: & errore ipsorum infirmi pereant. Sed si qs Auicenne doctrine studiosus fuerit inueniet in eius modo procedendi medicinas: magis exquisitas: quando eniz dicit hoc est vltimũ: & hoc est valde bonum: & hoc sumus experti: vel quando bis vel ter geminat vnam medicinam in eadem cura: ille certe sunt cuz fiducia exercende: & si adhuc hesitares de ipsis. Uide ingredientia: & tu compone p virtutes repertas in medicina simplici. Jn eius etiam modo dicendi Auicenna docet abstinere a multis tanq̃z non approbatis vel debilibus: quando. s. dicit & hoc quidem dicũt: vel approbant. ¶ Sequitur modo tertia intentio principaliter intenta. s. accidentium correctio. Corpora enim marasmata & propter febrem porri & vene capillares exsiccate non recipiunt nutrimentũ: & fit quasi ethi

ca senectutis (vltra febrem ethicaz accidēs) Ideo succurrendum erit talibus non cū balneis: que Auicenna in multis celebrat morbis: sed magis laudo vnctinones poros aperientes ꝛ humectantes: sicut cum lacte asine illa hora mulso cum modico zucchari albi: ꝛ interpolatis diebus cum oleis aneti: camomille: ꝛ violarū añ. quod autem diximus de virtute subleuanda membroꝝ: puta stomachi ꝛ capitis diximus cōmunia. ¶ Sed medicina nobis magis ꝑpria erit potus nr̄ quē credūt esse aurū potabile: certe nō est: virtus enim naturalis noster non agit in ipsuz sicut agit virt⁹ strucy in ferrū: ꝛ gruaꝝ in lapides: ꝛ multarū aliarum auium in eosdem: ꝛ bouis in fenū. Nō eniz quodlibet agit in quodlibet: sed determinatum in determinatum. Si eniz virtus naturalis stomachi ageret in ipsum aurum: maxime ageret in aurum foliatum: quod tamen non transmutat neqꝫ alterat in iota vel apice. Et valde decipiuntur ponentes aureos in ipsis consumatis: a quibus nihil deciditur. Tātum eniz eius virtus est vnita ꝛ compacta ꝙ nullus ignis ipsum corrumpere potest ꝛ minus aliquis stomachus noster: vel alienus propter eius nobile esse: virtus enim solis: qui est anima mundi sic operatur in visceribus terre vt simile in nobilitate ꝛ incorruptibilitate sibi producere voluit.

Tractatus. De febre pestilentiali.



Dmirabilis Deus in operibus suis: hominem non solum tot varijs morbis subesse ꝛ affligi permisit: veruz etiā febre pestilentiali adeo maligna ꝛ tam contagiosa vt amici ꝛ chari parētes aufugere cogātur a presentia tali febre laborantium. Qui videntes se sic destitutos pleriqꝫ desperati vitam finiunt. De quorum salute in patria catholici hesitare solent: ac si morientes vitam non solum corporalem terminare simul ꝛ bonum perpetuum amittere putarentur. Ideo pietate motus de cura ꝛ modo sanandi febrem pestilentialem: neqꝫ non de modo preseruandi se ab ipsa aliquid in lucem edere statuimus. Eo maxime: quia omnes in cura eius scribētes inuenio vel nimis breues ꝛ diminutos: vel etiam nimis prolixos multa de quolibet scribentes ꝛ de proprietate pestis nihil posteris tradidere: forte qa medici in actu practico ꝛ extenso ad opus curatiuum pestis parum exercitati fuerunt fugientes ab ipsa (vt cōtingit fugere omnes.) Ego vero qui pestē parum timui: ꝛ ea cognoui remedia: per que multos a peste liberaui: maxime qbus a prima hora sensibilis lesionis necessaria administrata fuere: fideliter scribere volui: vt quilibet se iuuare possit: non solum preseruādo se a tali peste: verum etiam sanando egrotātes. ¶ Primo autem diffiniemus talem febrem theorice per omne genus cause: vt essentia eius cum sua minera magis elucescat. ¶ Febris ergo pestilentialis pro suo formali: est a tota sui substantia ꝛ forma: venenosa: maligna: contagiosa: intrinsecus conturbās plusqꝫ ad extra: a presentia cuius virtus ꝑterrita non audet pugnam cum morbo aggredi ꝛ interim spiritus vitales in corde contenti cum humiditate in capsula cordis facti venenosi resoluunt. ¶ Pro māli vero est primo in spiritibus vitalibus cordis contenta ꝛ in humiditatibus: qui in capsula cordis cōtinentur. Que quidem minera febris: qa est ꝑxima cordi ꝛ in ipso corde: ideo ꝛ seua accidentia ꝛ horrenda ꝑducit: ꝛ vt in pluribus est pdēs. ¶ Efficiētes vero cause eius maxime remote sunt forme celestes cū malis constellationibus planetarum: quando inimica ꝛ minaci radiatione eratice stelle se respiciunt: epidimiā ꝛ pestē significātes in signis humanis existētes. Cause autem magis ꝑxime sunt aeres iam qualificati ab eisdem influxibus celestibus: ꝛ nō qualitatibus manifestis primo ꝛ per se: que celestia producunt lumine ꝛ motu ꝛ influentia: de quibus iam supra egimus: sunt autem ꝛ relique sex res non naturales. Maxime vero proxime sunt antecedentes ꝛ coniuncte spiritus ꝛ humiditates in corde ꝛ circa cor contenti: ꝛ postea reliqui humores. ¶ Finalis autem causa est vt infinita potentia summi dei appareat in terris exercendo opus nature in causando corruptionem variam ꝛ mortem continuam. Nisi enim continua corruptio ꝛ mors accideret: continua generatio vtiqꝫ expediens non foret: daretur enim multiplicatio indiuiduoꝝ actu a celis non possibilis cōtineri: quod noster intellectus capere non potest: ꝛ minus ratione terminare possumus. ¶ Sed horum omnium scientia erit perfecta: quādo rationes eorum: quorum est ratio: vere assignabunt. Quoniam autem omnes forme terrestres specifice ꝛ idiuiduales virtualiter sunt in formis celestibus: ꝛ non possunt impediri naturaliter in earum productione ꝛ influentia: ideo illud est bonū: quia a ꝑma causa volitum ꝛ intentum: merito igitur omnis diuersitas apparet in terris q̄ efficienter ꝛ virtualiter in celis reperta est. Eadem etiam causa pestis efficiens: que corrumpit complexionē hominis: qui tēperatus est: generat vermes

per

per putrefactionem:ranas ꝛ reptilia multas:
que etiam constellatio amica est homini: est
inimica genitis ex putredine: ꝛ que genita
sunt ex putredine inimica sunt homini. Ui-
cissitudines enim sunt continue in rebus oi-
bus propter continuam virtutum celestium
reuolutionem a mente diuina ab eterno sic
ordinante ꝛ volente. ¶ Febrium autem pe-
stilentialium est diuersitas ꝛ latitudo multa:
tam merito diuersarum mixtionum quat-
tuor elementorum causantium diuersas cō-
plexiones: ꝗ̃ etiam merito diuerse materie
venenose diuersimode in diuersis indiuiduis
apparentis aliter in debilibus vel fortibus:
timidis vel constantibus: se iuuare conanti-
bus vel abiectis ꝛ deperditis. Materia enim
talis sic venenosa in spiritibus cordis per se
primo repta: ꝛ in humiditatibus capsule eius
diuersimode cōmunicat eundē diuersis mē-
bris: quandoqꝫ enim materia ratum accipit
ad caput: ꝛ causat alienationem instantiam
vigiliarum ꝛ apostemata in emunctorijs post
aures: quandoqꝫ ad ipsum epar vbi massam
humoralem conturbat ꝛ virtutem naturalē
impedit ꝛ segregatiuā: quo fit vt vrine sub-
iugales appareant: quia sine digestione ꝛ do
minio virtutis contra morbum: anelitus fit
difficilis ꝛ pectus eleuatum propter maxi-
mum calorem ibi concentratum: ideo ꝛ ex-
tremitates frigide fiunt: ꝛ sudor fetidus: ca-
lor enim reuocatus est a circūferentia ad cen
trum cordis vt cordi laborāti succurrat: vbi
magis corrūpūtur: quo in casu accidit quid
flebile certe. Quia ipsa paupcula natura de
cipitur credēs subleuare virtutem cordis: ꝛ
ipsa magis atqꝫ magis grauat per accidens
tamen. ¶ Quandoqꝫ etiam cor non cōmuni-
cat epati ꝛ minus cerebro. Sed materia ve-
nenosa in corde latitat: neqꝫ multum contur
bat epar neqꝫ cerebrum: ideo vrine videntur
sane: ꝛ pulsus sanus ꝛ mens sana: ꝛ tamen
eger est proximus morti: quando enim mo-
uetur ꝛ cor arripit subito spiritus cordis cor-
rumpit: ꝛ subito perimit egrum. Sicut enim
corripit in morsu canis rabidi: vbi durat p
plures menses: quia aliquando p tres ꝛ per
quattuor: ꝛ quādoqꝫ vltra ꝛ quinqꝫ ꝛ vene-
num latitat ad intra venas: ꝛ tādiu produ-
cūtur sane operationes in vrina pulsu ꝛ vir
tute naturali: ꝗ̃diu cor subito inficitur: quo
leso sequuntur subite mutationes ꝛ seua ac-
cidentia: quia alienatur: aquam formidat ꝛ
patiens mordet morsu cōtagioso ꝛ veneno-
so contracto a cane rabido: frustra etiam car
nium generantur: que vulgares affirmant
esse catulos genitos in ventre patiētis: quia
sentitur rugitus quidam in ventre. Morsus
tamen serpentum: qui sunt magis venenosi
ꝛ magis inficiunt spiritus cordis ꝗ̃ morsus
canis: qui plus sanguinem inficiunt ꝗ̃ spiri-
tus: ideo proximiores veneno pestis existūt.
Utrunqꝫ enim venenum citissime ad cor ra
tum accipit per arterias venales ꝛ spiritus:
qui nimis velocis motus sunt. Ideo pūctos
tyri vel vipere cuspide infra diem venenum
illud interimere solet. Sunt enim gemini
denticuli: dexter. s. ꝛ sinister in maxilla infe-
riori vterqꝫ perforatus a radice ad cuspidem
excedentes alios. ¶ Singulis annis deci-
dui: quando. s. ꝛ spolium serpentes venenosi
deponunt. Circa quos sunt gemine vesice
plene veneno: a quibus fluit venenū per cō-
cauum dentium perforatorum: tempore quo
pungunt aliquem. ¶ Admiretur ergo quisqꝫ
humanam calamitatem: quando tam exigua
quantitas veneni infra diem hominem pun
ctum interimere potest. Sed adhuc magis
admirabile videtur omnibus: vbi sanguis
eiusdem vipere ex cauda artificiose extra-
ctus: quando sanguine hominis viuentis de
pasta prius fuerit: cuius odor citissime inte-
rimit: vel etiā si liniatur aliquid: ꝛ illud cer-
te per solum tactum pernecat: sanguis enim
humanus fit velut vehiculum expediens ve
nenum deportandum ad ipsum cor. ¶ Simi
le venenum quandoqꝫ contingit in febre pe-
stilentiali: quod a pncipio solet latitare: neqꝫ
sensibiliter leduntur operationes vitales vel
naturales: sed quando mouetur ꝛ cor arri-
pit: citissime interimit. Et quādoqꝫ a prima
hora contactus rei contagiose apparent si-
gna manifesta: quia febris molesta ꝛ aposte-
mata in emunctorijs: carbūculi indifferēter
omni in parte corporis atqꝫ lenticule rubee
vel nigre: a quibus equidem nigris nullus
simpliciter euadit: sed a rubeis indifferen-
ter: vrina autem fit subiugalis: ꝛ pulsus fre-
quens ꝛ minutus: ꝛ alienatio mentis: que q-
dem signa non prius apparent ꝗ̃ cor mate-
riam venenosam ipsi epati: vel cerebro cōica
uerit. ¶ Difficile autē est nosce mā pestis sic
venenosa formaliter quid sit: ꝛ vnde proue-
niat ꝙ est acuta: imo inter omnes acutas ma
xime acuta: contagiosa ꝛ nobis tam mole-
sta? ꝛ vt in pluribus est perdens? Similiter
venenum scorpij ꝛ reptilium vel napelli: vn
de est ista proprietas occulta? que nos sic po
tenter discrasiat ꝛ interimit? Cum tñ omnia
in suo genere sint bona ꝛ perfecta. Scorpio
enim scorpionem non corrumpit: immo ge-
nerat ꝛ conseruat: ꝛ napellus in sua specie
bonus est: ꝛ tamē complexio tyri nobis ini-
mica est: ꝛ versa vice cōplexio hominis ipsi
tyro inimica existit. ¶ Qui autē certe noue-
rit formas celestes earūqꝫ proprietates vere
poterit soluere questiones istas: forme enim

celestes diuerse producunt formas in terris
diuersas: nihil enim seipsum generat neq3 ꝑ-
ducit: sed omnia ipse forme celestes cũ agen
tibus particularibus ꝛ proximis producũt.
¶ Iuxta illud Aristotelis secundo de physi
co auditu Sol ꝛ homo generant hominem.
Et secũdo de generatione ab orbe decliui .i.
a zodiaco fiunt omnes rerum generationes
ꝛ corruptiones. Et in p̃mo metheoroꝝ scri-
bit: ꝙ necesse est hunc mundum inferiorem
esse contiguum lationibus superioribus: vt
omnis virtus inde gubernetur. Sunt etiam
diuerse forme ꝛ imagines celestes septentrio
nales ꝛ meridionales: quas zodiacus diui-
dit quaꝝ q̃dã amice sunt adinuicẽ ꝛ alique
inimice. Ea eniz constellatio: que corrumpit
aerem ꝛ influendo introducit formaz in ipso
pro guerra fame ꝛ peste est amica ꝓ anima-
libus multis: que generantur ex corruptio-
ne causata ab eadem constellatione. Est ta-
men inimica animalibus perfectis: maxime
hominibus: qui inclinantur vt a peste fame
vel ferro absorbeantur atq3 deuorentur.
Quãdoq3 eni rane: vermes: locuste: mures:
musce: reptilia ꝛ alia animalia generantur
ex tali influẽtia. De quibus astrologi resolu
te tractauerũt: quia a priori ex veris causis et
necessarijs: q̃ naturaliter aliter se habere nõ
possunt: demonstrauerunt in doctrinis eorũ.
Que quidem influentie: non quia calide vel
frigide: sed quia talis influentia influxit a ta
li ꝛ tali imagine serpentis: scorpionis cele-
stis cum planetis in signis existentibus di-
uersis generant animalia diuersa ex putrefa
ctione: ꝛ tunc hominum complexio multum
corrumpitur ꝛ sequitur mors. ¶ Diuerse er
go imagines celestes amice vel inimice pro-
ducunt effectus amicos vel inimicos. Agẽs
enim naturale appropriabit sibi passum: in-
quantũ potest ꝛ educendo de potentia ma-
terie ex non viuo facit viuum: non eniz qua-
litate manifesta sed sua forma ꝛ influentia ce
lis indita a suo creatore. ¶ Forma ergo scor
pionis vel serpentarij cum suo veneno est no
bis adeo inimica atq3 molesta: quia scorpio
celestis ꝛ serpentarius inimica radiatione
semper se inficiunt cum imagine aquarij vel
geminorum: que signa humana sunt ꝛ cum
Tauro vel Ariete: que animalia quadrupe-
dia sunt. Tales ergo cõplexiones mutuo se
oderunt ꝛ perimunt: quia in suis causis cele-
stibus iam talis inimicitia ordinata est. Nõ
ergo est aliqua proprietas occulta medicoꝝ:
quia ille proprietates occulte medicis sunt
quidem note ꝛ manifeste astrologiam calen-
tibus. Neq3 erit casus ꝛ fortuna ipsius Ari-
stotelis secundo physicoꝝ: quia omnia sunt
sub suis terminatis causis: quas deus per ce
los successiue ꝛ scienter ꝛ non ignorãter vel
a casu ꝑducit. Qui ergo nouerit causas ce-
lestes: in quibus virtualiter continentur oẽs
cause harum diuersitatum sub lunari globo:
soluere poterit: vt per causas proprias: oẽs
questiones proprietatum occultaꝝ. Et casus
etiã ꝛ fortune ab Arist. tãtũ celebrate in scõo
de physico auditu nihil esse putabunt: futuri
enim euentus naturales sunt in suis causis
celestibus omnes. ¶ Assignare autem veras
causas cuz suis temporibus ipsius epidimie
ꝛ aliorum morboꝝ: per quas equidẽ essentie
morbi cognoscunt: erit certe cognitio ꝓpria
ipsi medico in hac scia erudito: q̃ q̃dẽ scia nõ
distrahet medicum ad aliã artem sicut distra
xit Auicẽnã: qui Astronomiaz ignorauit: sed
magis euz perficiet. Sciet eniz bene de pro-
nosticis egritudinuz predicere: maxime per
scientiaz Astronomie bene applicate ipsi me
dicine: ꝛ predicere poterit melius q̃z ſm viã
positionis ꝛ anxiomatũ: que in continuo flu-
xu sunt. ¶ Cognitis ergo causis epidimie
omnibus ꝛ maxime ipsius pestis in speciali
a quibus causis dependeãt: ꝛ q̃ minere sunt
ipsius. Ex quibus ꝛ essentia morborum sta-
tim illucescet: qua cognita facilior erit appli
catio illoruz: que a tota substãtia ꝛ bezoar-
tica potenter curant tales morbos veneno-
sos ꝛ pestiferos: ꝛ non expedit occupari me-
dicos circa cõia artis medicine: in qbus cu-
randis solũmodo ꝑ qualitates manifestas ꝛ
virtutes debiles ꝛ nõ adeq̃tas eos procede-
re video. Sicut enim omnibus venenis ad-
sunt medicine bezoartice: que a tota sui for
ma agunt contra venenum curando ipsum
puta: gentiana: hipericon vel perforata: enu-
la: raffanus: diptamus: aristologia lõga ꝛ ro-
tunda: ꝛ lapis bezahar: qui puluerulẽtus est
ꝛ suauis odoris: quando agitatur ꝛ calefit:
quẽ nos experti sumus rome ꝛ vidi poten-
ter venenum per sudorem expellere ꝛ libe-
rare: ꝛ statiz potentius q̃z tyriaca exhibita:
que quidẽ medicine bezoartice simplices ꝛ
composite cum multis alijs: que currunt eo-
dem cursu potenter resistunt contra omne
venenum cor defendendo. ¶ Sic etiã in fe-
bribus omnibus venenosis malignis atq3 pe
stiferis querẽde sunt medicine: que bezoar
ticam naturam habent in febribus diuersis.
Primo cor defendẽdo a corruptione humi-
ditatum ꝛ spirituũ in corde existentiũ. De-
biles enim medicine exhibite ꝛ non appro-
priate non liberant a tam veloci ꝛ poteti in-
uasione rei venenose: primo ratum accipien
tis ad cor inficiẽdum: quoniaz interim eger
moritur errore (vt in pluribus) medicoruz.
¶ In cura autem harum febrium pestilen-
tialium sit iste primus canon: ꝙ medicus sit
sollicitus

sollicitus omnia agenda expedite et velocissime agere: vt preoccurrat materie venenose: ne in corde figatur: et spiritus inde et humiditates in capsula cordis contentas corrumpat: et nisi essent duo motus oppositi flobothomie. s. et pharmacie: quarum altera mouet a centro ad circumferentiam: et altera a circumferentia ad centrum: quos natura non sustinet oppositos motus in eodem tempore: essent arte exhibende in eadem die. Sed flobothomia est preferenda in tali febre pestifera: a latere. s. opposito exiture in emunctoriis: si apostema apparuerit secundum vnam diametrum: premittendo enema: si opus fuerit de hiera cum agarico. Agaricus enim potenter educit et est medicina familie: educendo omnes materias peccantes: nisi fuerit impediens etas iuuenilis vel senilis: vel complexio nimis cholerica: quo in casu medicina solutiua est preferenda. Die autem sequenti absque expectatione: vt digestio materie appareat in vrina exhibe medicinam solutiuam scamoneatam et non benedictam: vt velocissime materia partim diuertatur et partim eradicetur a corde. Et electuarium de suco rosarum pro robustis: et pro magis delicatis exhibeatur medicina multum rome vsualis. s. trifera persica: et tu compone pro iudicio extimatiuo: si tenor virtutis fuerit fortis vel debilis: si debilis exhibe plus de trifera: si vero fortis plus de suco rosarum cum aqua mellisse: que est contra omne venenum et aqua buglose: que ducit medicinam ad cor: aqua etiam gentiane multum in tali peste est potens preseruando cor a febre pestilentiali et defendendo ipsum ne venenum figatur in ipso.

¶ Secundus autem canon. Sit tanquam oculus dexter medico ipsum cor primo defendere cum appropriatis: et est res mirabilis reperta in succo calendule: que vulgo dicitur fior dogni mese: et Rome dicitur herba biancha: cuius succus si exhibeatur cum scropu. ij. tyriace potenter defendit cor. Quando autem succus ille haberi non poterit: exhibeatur succus cicoree montane cum eadem tyriaca. Decoctio etiam optime valeriane burse pastoris: et absinthij preseruat cor ab omni putrefactione et liberat a peste: et eius contagione.

¶ Tertius autem canon est: vt quam primum pestis exitura aliqua apparuerit in emunctoriis vel carbunculus in quacunque parte corporis: subito applica duas sanguisucas prius ibi inungendo cum sanguine recenti ex ala galline: vt sanguisuce labentes eum apprehendant locum: quibus dimissis ad earum casum spontaneum: sanguis ex illis foraminibus: qua rotundi sunt diu emanabit forte per quinque horas: neque illum impedias: euacuatio enim erit conueniens ex ea parte: qua natura repit expellere materiam venenosam sine dolore et agitatione educetur. Qui enim incidunt talia apostemata indigesta: spasmant et citius moriunt egrotantes.

¶ Quartus autem canon erit: vt talia apostemata cito digerantur trahendo materiam ibi contentam a centro ad circumferentiam. ℞. vitellum oui cum croco et zucchararo et applica desuper frequenter permutando: quoniam cito exsiccatur tale emplastrum. Flos etiam cucurbite applicatus subito attrahit ad extra et apostemata adiuuat ad digerendum et ad extra educendas materias ibi fluxas.

¶ Quintus autem canon est sudoris prouocatio cum eis: que cerebro et cordi a proprietate conferunt sicut est semen peonie. ℞. semen peonie numero. xv. puluerizetur et bulliat in aqua melisse onci. ij. et calidam in mane sumat eger: sudorem enim prouocat: Caput et cor ab ipso veneno defendit.

¶ Sextus autem canon est ordinatio diete et regimen in sex rebus non naturalibus: si enim fuerit casus appetitus (vt sepe contingit) comedant voraciter: et per vim vt virtus non cadat: immo cum omni studio tenor virtutis est subleuandus cum aqua carnis contusis et consumatis.

¶ Septimus autem canon est defendere cor ab ipso veneno cum epitimatibus fere continuis. ℞. aquarum mellisse: hipericon: acetose: bugolose ana onci. iij. maluatici onci. ij. aceti onci. xv. cui adde succi diptami gentiane ana onci. ij. et si succus non aderit. ℞. gentiane diptami ana onci. ij. infundantur in aqua mellisse facta expressione de qua adde onci. iiij. Quibus aquis adde cinnamomi garofilorum sandalorum citrinorum bene albi rubei ana ʒ. j. hiacinti smaragdi ana scropu. s. croci gra. x. grane electe recentis dragmam vnam cum dimidia: os de corde ceruí. ʒ. j. omnia confundantur et misceantur cum supradictis aquis: quibus simul agitans in ampula tantum calefiat: quantum sufficit pro singula vice.

¶ Octauus autem canon. Digeras pro corde epitimando reliquias materie non eductas per flobothomiam: pharmaciam: et sudorem: cum syrupo bisantino acetoso composito cum aquis mellisse bugolose acetose et similibus pro arbitrio proprij iudicij medici exercitati.

¶ Nonus autem canon. Si fuerit instantia vigiliarum. ℞. vngenti popoleonis oncia vna opij. ʒ. media misce. vngantur tympora et ad intra nares et palme manus post cenam.

¶ Decimus autem canon. Si fuerit ariditas lingue. ℞. aceti communis onci. j. aque cocte onci. ij fiat sepe gargarismus: extinguit enim sitim et abstergit linguam.

F

¶Undecimus autez canon: si fuerit sitis in-
tolerabilis: potus eius erit aqua buglose a-
cetose mellisse cum syrupo buglose. Sed po
tus aq̄ lactis acetosi plūs valet quā Auic. tā-
tum magnificat: cuius tamen vsus non est in
tota italia: neq̄z sciunt artificiose acetosare
ipsum lac: sicut fit in tota Dalmatia vsq̄z ad
Bizantium: ⁊ in tota Asia ⁊ Aphrica: cuius
vsus est omnium febricitantium: mirabiles
enim producit sanitates in causonide ⁊ aliȳs
febribus acutis: est eniz cibus: potus: ⁊ me-
dicina: quando cum zuccharo exhibetur: neq̄z
putrefactio fit in stomacho sicut reliq̄ potus
omnes omnium fructuum: qui in stomacho
⁊ venis corrumpuntur. ¶Si quis autē vel-
let exercere istam diuinam potionem lactis
acetosi: que mirabiles sanitates ⁊ quidē ex-
pertas producit in omni febre acuta: estuan-
te: causonide: ⁊ ethica: habeat paruam copiā
lactis acetosi ex partibus dalmatie: per quā
fit multiplicatio in infinitum cum alio lacte
cōmuni. Sed si quis velet habere originem
huius lactis. Accipiat fermentuz panis: cuz
quo fermentet lac calidum per vnam diem
illud fermentabitur: cū quo lacte iterū aliud
lac acetosabitur ad libitum: quod postea co-
letur in pecia suspensa per. s. horas: cui aque
adde parū de zuccharo: ⁊ exhibe sitienti: qui
potus extinguet omnē sitim pariter ⁊ multā
febrem cum alio regimine conuenienti: sicut
ego expertus sum pluries. Uinū etiā grana
tor̄ nō laudo: incrudat eniz humores ⁊ eos
reddit rebelles ad digestionē ⁊ euacuationē.
¶Duodecim⁹ aūt canon: p̄seruare se a peste
p̄ ea q̄ sunt ad extra est odor aceti rosati vel
cōmunis: qui plus preseruat omni alio odo-
re. Ad intra vero exhibita per os est puluis
iste mirabilis ⁊ expertus. ℞. spice nardi. ℥. ij.
eusorbij. ℥. iiij. masticis. ℥. viij. fiat puluis: cu
ius scropu. j. exhibitus in aqua mellisse vel
gentiane preseruat mirabiliter ab omni pe-
ste ⁊ aere corrupto. ¶De quo puluere si de-
tur peste laboranti. ℥. j. cum aqua gentiane
vel suco calendule vel cum aqua cardi be-
nedicti maximū prestabit iuuamētum: pre-
sertim si fuerit exhibitū ante. xiiij. horas. Et
si etiā de isto puluere ponatur super narācio
per transuersuz inciso ⁊ sub cineribus deco-
quatur ⁊ ponatur super apostema faciet ma-
ximaz operationē. ¶Laudamus etiam oleū
multuz expertuz iuuamenti manifesti. ℞.
scorpionuz numero. c. qui colligātur de men
se Augusti: de nocte enim in foraminibus fa
cile inueniuntur: qui ponantur in bacino bar
bitonsoris ⁊ calefiat fundus eius paulatine:
quod fiet vt scorpiones tumefiant supra mo
dum: qui sic tumidi ⁊ facti venenosi proij-
ciantur in vna libra olei communis ⁊ bene
bulliant: ignis enim citius actuat medicinaz
⁊ fermentat q̄z facit calor solis. Sicut contin
git tyriace que in vmbra feruet ad annū. xv.
⁊ senescit ad annū. xxx. vel. xl. et forte in cli-
matib⁹ septētrionalib⁹ ⁊ frigidis fermētatur ad
annū. xx. ⁊ senescit ad annū. lx. In operationi-
b⁹ cuius nō inuenio certe tot miracula quot
p̄res de ipsa scripserūt: cui adde reubarbari
vnciā. j. ⁊ serua: ⁊ q̄n opus fuerit ⁊ suspitio pe
stis vel assumptio alicui⁹ veneni: subito inun
ge cor: nares: timpora: ⁊ pulsus vtriusq̄z ma
nus: p̄seruat a peste atq̄z liberat si opportune
p̄uentū fuerit. Quib⁹ quidem remedijs op-
portune exhibitis ⁊ debite applicatis: maxi-
me si expedite ⁊ festinanter cor ipsum preue
niatur: certe infiniti a peste sanabuntur atq̄z
preseruabuntur si deus voluerit.

Capitulum. De causa mortis.



Uāuis finis Medici sit sanare
quandoq̄z tamen fine suo fru-
stratur per mortem egri. Ideo
post disputationes de essentia
egritudinum ⁊ cura ipsarum:
conuenit modo dicere quid interficit homi-
nem. Et videtur secundum cōmunem opi-
nionē q̄ est egritudo tm̄: propter quid eniz
moritur Socrates febriens nisi propter fe-
brem? Que quidem opinio videtur esse fal-
sa: quoniam non tangit causam principalez.
Nulla enim egritudo: cum qua stat vita in-
terficit: sed febris est egritudo: cum qua stat
vita: ergo febris non interficit: ergo aliud in-
terficit q̄z egritudo. s. quod non stat cum vi-
ta: ⁊ illud erit immoderata frigiditas ⁊ sic-
citas: que in corde causatur ab egritudine:
quando enim humidum ⁊ calidum radicale
cordis arripitur a calore preter naturali: in-
cipit inflamari ⁊ siccitas introduci successi
ue: primo ad gradū vt duo: cum qua adhuc
stat vita. Sed quādo vlterius intenditur in sic-
citate (vt quattuor) ⁊ frigidum etiam inten-
ditur vt quattuor: ⁊ materia incineratur: et
tunc cum illa non stat vita: ⁊ ita Socrates
moritur: ergo siccitas ⁊ frigiditas interimit
nos: cum qua non stat vita: ⁊ non egritudo
cum qua stat vita: ⁊ per consequens patet q̄
illa opinio est falsa. Sicut enim sapientes ⁊
fatui sunt melācholici. s. frigidi ⁊ sicci: sic etiā
omnis integritas ⁊ perfectio nostra est pro-
pter debitam siccitatem: a qua etiam est ipsa
mors. Que quidem non differunt nisi secun
dum gradum magis intensum ⁊ remissum:
in quodam enim temperamento stat com-
plexio nostra: vita: ⁊ integritas nostra. In
ipsa autem discrasia stat fatuitas: corporis
debilitas: deniq̄z ⁊ ipsa mors.

De summa

De summa Felicitate ⁊ suprema perfectione humana.



Elicitatem quidem ⁊ humanam perfectionem longe quesitam ab omnibus: tantumq; naturali appetitu desideratã: raro tamen ab hominibus inuentam modo expedit (vt antea scrutari ꝓmisimus) enodare. In cuius inuestigatione si nos equo animo gentium multitudinem reuoluerimus: eam difficiliorem (q̃ cõmuniter existimatur) inueniemus: multiphariamq; illam pleriq; fore capescendam persenserunt: prout ipsi vario vel corporis aut sensuum vel potius rationis adminiculo excitantur: neq; hunc vsq; in diẽ diuerse defuerũt hominum opiones de Felicitatis humane assecutiõe: quod sane potissima de causa prouenire quispiam facile putabit. Si consentaneũ sue concupiscentie terminũ adaptabit: vti beatum diffinienti ac per singula discurrenti videre licet. Beatus eqdem ille dicitur qui habet quicqd appetit ſm rationem. Infirmi enim summopere sanitatem pre omnibus concupiscunt. Pauperes autẽ diuitias: Ambitiosi honores: Lasciuientes corporis illecebras: Milites victoriam ⁊ rapinam: Ciuiles vero pollitiam: ⁊ nobis ita discurrentibus per omnes actus ⁊ operationes humanas bona corporis vel fortune magis q̃ anime bona preferentes hoc hominũ genus in terrenis posuisse felicitatem putabitur. ¶ Quorum omniũ q̃ vane sint opiniones aduersus ipsum recte rationis dictamen nequaq̃ est eruditis excludere difficile. Quandoquidem si in bona corporis valitudine perfecta esset rationalium felicitas aut sensuum facultate brutorũ profecto plurima nobis esse beatiora quilibet perspiciet. Nam pisces in corporali sanitate: Leões in cede ⁊ rapinis: Linces visu: Vultures odoratu: Simia gustu: Aranea tactu: Lepores velocitate: Pauones ambitione: ac alia plurima nos longe superantia esse beatiora merito censebimus: qd̓ sane nisi prorsus rationis expers existimabit. Non est ergo quesita felicitas illa: que nobis ⁊ beluis communis est: sed ea magis: qua animantia queq; superamus: ⁊ bene viuimus. Quis autẽ (autore Chrispo) bene viuere poterit? nisi qui aliquo negotio intentus alicuius preclari facinoris aut artis bone famã q̃rit. ¶ Maiorib⁹ ergo q̃ corporis aut fortune bonis cõstituendã beatitudinem scrutaturi: abiectis prorsus imbecillib⁹ Aristippi ⁊ Epicuri opinionibus: per omnigenas rationis humane disciplinas ⁊ artes siue liberales ⁊ theoricas (siue mecanices et practicas) operepreciũ discurrere arbitramur: que nam sit illa cognitio ceteris prestãtior: que nos efficacius admetam beatitudinis conducat. Pro cuius inuestigatione clariori duplicem sane modum eruditionis fore premittemus: alterum quidem humanitus ex naturali rationis indagine prouenientem: alterum vero diuinitus: ad cuius assecutionem se habet humanus intellectus: vt mere patiens absq; vlla intellectus agentis actiuitate: sed supernaturali inspiratione ⁊ ex creditis principijs robur assumit assensus. De vtroq; autem disciplinandi modo sermonem facturi hoc in loco. Primum de naturali modo eruditionis quid in illo beatitudinis humane contineatur differemus. Postremo autem de secunda manerie cognoscẽdi pertractabimus. ¶ Quãtum igitur ad disciplinas humanitus inuentas: que tantum dignitatis homini prestant: vt non solum ceteris corporis aut fortune bonis preferenda sint: sed hominem ab homine non secus differre faciũt q̃ viuum a mortuo ⁊ bonum a malo. Omnis enim malus est ignorans: et omnis recte sciens bonus. quoniam impossibile videtur q̄ scienter quispiam male operetur: nisi quandoq; malum sibi bonum apparuerit. Omnis ergo virtus ⁊ vitium erit in prosecutione ⁊ fuga: scientes enim a malo simpliciter cognito continentes erunt ⁊ fugiẽt: vel minus malum: quod videbitur boni rationem tenere: prosequentur. Ignari autem ab ipsa sensuum concupiscentia deducẽtur: ⁊ absq; dictamine recte rationis malum sub ratione boni prosequentur. Et ipsorum intellectu male negociante: quia ignorãte: peccatum committetur. Bonus ergo deo ⁊ hominibus gratus erit: malus autem per oppositum. Quid autem diuersi disciplinarum inuentores earumq; professores nobis attulerint perfectionis ⁊ felicitatis iamiam explicemus ab initijs eruditionis incohoantes: ne forsan difficilis hec inuestigatio sub dubio relinquatur illis omissis. Quid ergo primũ nobis eruditi grãmatici aut facundi oratores prestant beatitudinis? nihil equidem aliud q̃ congrue loqui ⁊ efficatius benedicendo persuadere: que sane quum sint animi operationes valde remisse: nequaq̃ beatos efficere possunt earũ professores. ¶ Dialecticus autem aliquantisper animũ extollit altiusq; pertentat ratiocinationibus euolare: quandoquidem per opus intellectus vniuersalem sibi methodũ fabricauit: vt in practicis a malo ⁊ in speculabilib⁹ a falso tutior euaderet.

verum ⁊ ipse a vera beatitudine videtur lõge remotus: quoniã circa rationis entia per opus intellectus causata tota versatur eius intentio. ¶ Arithmeticus vero incõprehensibilem fere omnium rerum multitudinem suo numerorũ ambitu comprehendere atqȝ terminare cõtẽdit. At profecto neqȝ ipse ad veram beatitudinis metam hac serie numerorum sufficienter perducitur: quoniam certitudinẽ essentiarum presertim cause prime nequaq̃ȝ ꝓstat. ¶ Neqȝ pariter nos geometra beatos efficiet: quoniam ipsius professio trinam corporum dimensionem longitudinem. s. latitudinem atqȝ profunditatem requirit ⁊ cognoscendi capacitatem ⁊ continẽtiam: que longe ab ipsa felicitate remota est. ¶ Neqȝ sane ipsa musica beatos efficiet eiꝰ professores: que non solum celestes orbium armonias: verum etiam cantus humanos ⁊ ipsoruȝ melodias auribus delectabiles edocet: quibus anime passiones in iram prouocantes mitigantur: ⁊ effeminati ac timentes in robur ⁊ ad arma prouocantur. ¶ Si etiã prospectiuam equo animo voluptemus: ab ipsa beatitudinis assecutione longe remotaȝ comperiemus: quia solas rerum distantias ⁊ inaccessibiles moles ⁊ altitudines atqȝ profunditates certa ratione metitur: ⁊ in angustam formam quãcunqȝ moleȝ siue machinã similem tamẽ representare ac reducere profitetur: de quibus iandudum in speculo nostro astronomico diffuse tractauimꝰ. ¶ At q̄ppe neqȝ iuris consulti nos efficient beatos: q̄ etsi more peripatetico scientifici non sint: sed morales: satis attamen animam disponere videntur omnia legibus cohercẽdo ⁊ vitia reprimendo: prout eorum facultas naturali philosophie subalternatur atqȝ ab illa dictamen recte rationis assumit: humanos actus ad virtutem ⁊ pollitiam reducendo: interqȝ extrema vitia mediam eligendo virtutem. Hec sane plurimum preparant mortalium animos ad capescendam rerum speculationem: quoniaȝ vt inquit Salomon: in maleuolam animam non introibit sapientia dei. ¶ Naturalis auteȝ philosophia videtur perfecto maiorem prestare nobis perfectioneȝ ceteris ante memoratis disciplinis: ipsa tamẽ nequaq̃ȝ beatos reddet eius asseclas: quoniam circa sensibilium ⁊ materialiũ siue corruptibilium motus ⁊ mutationes versatᷣ: atqȝ ꝑ accidẽtia nouem p̄dicamẽtorum q̄ditates rerum cognoscere laborat. Philosophus autẽ quando pro cognoscenda substantia sensus omnes est expertus: ab intento fine frustratus existit: diminutamqȝ rerum cognitionem substantiarum presertiȝ posteris dereliquit: humanusqȝ intellectus parum quiescit: immo semꝑ hesitare videtur. Neqȝ id absqȝ rõne euenit: quoniaȝ intellectus indiget sensuum famulatu: qui ad substantiam minime se profundant: nihilqȝ in intellectu est inquit Aristote. nisi prius fuerit in sensu. ¶ Quid ergo de rebus vniuersalibꝰ perfecte cognoscimus? omnia quippe diminute ac fere contingẽter: modo magis vniuersale: modo minus vniuersale considerantes: prout obiectum exterius fortius mouebit sensum ⁊ illud ꝑmo intelliget. Nequaq̃ȝ igitur naturalis philosophia nos ad verã btitudinẽ deducet. ¶ At sane his omnibꝰ concessis tanq̃ȝ rationi cõsentaneis occurret nobis ipse metaphysicus: quem diuinum philosophũ vocitat Aristoteles certãqȝ mortalibus metam prosequende felicitatis promittet. Quãdoquidem precipua ipsius professio circa genꝰ entiũ abstractorum: deum. s. ⁊ intelligentias versatur: nobilioremqȝ notitiam prestare videbitur de substantijs omnigenus q̃ȝ naturalis philosophus de corporibus dũtaxat: ⁊ per consequens beatos efficiet illius professio. ¶ Uerum enimuero quũ iuxta philosophi documenta sensus ad ipsas abstractas intelligentias nequaq̃ȝ extendi possint: quaȝ sane cognitionem de illis prestabit metaphysicus? certe modicam positiuam sed magis per negationem: quã perfecto minimam cognitionum assequendaruȝ tradidit philosophus in posterioribꝰ analyticis. ¶ Qualis ergo erit ficta potius illa felicitas Auerrois ꝑ copulationem intellectus agentis cum possibili post adeptioneȝ omniũ habituũ: absqȝ vlteriori intellectus negociatione circa sensibilia: queritando noscere conclusiones ignotas per precognita principia. Nullaȝ quippe nobis afferre felicitatem Auerroem quisqȝ peritus opinabitur: q̃nãdoquidẽ ad hos habitus acquirendos Auerroico more natura nouerca potius q̃ȝ parens medium nobis adeo subtraxerit: vt non soluȝ supercelestes intelligentie: verũ etiam reruȝ materialium essentie simpliciter ignorentur: ipsarũqȝ diminutam cognitionem assequimur: ⁊ si circa eas humani sensus hora quacunqȝ versari experimur. Nõ igitur beatuȝ quẽpiam efficiet metaphysica: que longe plura promittit professoribꝰ q̃ȝ possit attendere. ¶ His ergo ꝓtermissis veluti remotis adhuc ab ipsa felicitate: nobis fortasse beatitudinem prestabit medicina: que sane prima fronte maximum videtur nobis prebere aditum ac emolumẽtum ad ipsam consequendã: nos in sanitate conseruando ⁊ ab egritudine liberando: que ex sensatis causis veros in nobis effectus ꝓducit: egruȝ sanando ⁊ sanitatem continuando: sine qua more perhipatetico nõ contingit

git quēpiā eſſe felicem.¶ Verūtamen ſi me-
dicine facultatem vniuerſam ſiue theoricaꝫ
ſiue practicam recte conſideremus. ipſa ne-
quaq̄ꝫ poterit animum quietare:quin maio-
ra neqꝫnon excellentiora bona q̄ꝫ ſanitatem
ipſam concupiſcat. Immo talibus admiſſis
grande videretur ſequi inconueniens:quan
doquidem idiota vndequaqꝫ incolumis pu-
tabitur beatus. At qs adeo rationis expers
hoc admittet? Nemo hercule nemo. Quo-
niam idiota nequaq̄ꝫ meretur dici beatus:
imo aīal infeliciſſimuꝫ fine veriori fruſtratū.
¶ Licet igitur omnes predicte artes ac ſciē-
tie ſpeculatiue perficiant animam rationaleꝫ
nobiſqꝫ plurimum conferant:minime tamen
ad perfectum cognitionis gradum ⁊ felicita
tē eleuabunt.¶ At vero quiſpiam veritatis
indagator queritabit:que nam ſit illa potior
diſciplina inter humanitas adinuentas rerū
cognitiones?que magis intellectū perficiat:
⁊ plures atqꝫ nobiliores entium gradus ma
nifeſtet?Ex quo nulla predictarum eſt ſuffi-
ciens.¶ Reſpondendum profecto arbitror
nullam fore admirabiliorem:ceteriſqꝫ nobi-
liorem ipſa aſtronomia. Que celeſtiuꝫ eſt ſo-
la contemplatrix:humanumqꝫ intellectum
adeo eleuat ab omni ſublunarium ſorde:vt
ipſum ſummopere ſimilem intelligētijs red-
dat. Quarum cognitio ideo eſt pfectior:qm̄
omnes tempoꝝ differentias ⁊ effectus adeo
mente reuoluunt:vt cuncta ſiue preterita:ſi-
ue preſentia:ſiue futura facile pcipiāt. Ma-
xime prima intelligentiarum ſeſe intuendo
ſingula cognoſcit. Similiter equidem homo
acquiſitis predictis liberalibus diſciplinis
veluti preuijs anime diſpoſitionibus diuine
aſtronomie famulātibus:preclaris huius ar
tis auſpicijs facile contemplari poterit:quo-
modo preterita cum preſentibus ⁊ futuris
connectenda ſint. Omniumqꝫ effectuū ſiue
preteritorum:ſiue preſentium:ſiue futuroꝝ:
qui ſublunari globo fiunt:precipuas cauſas
poterit aſſignare. Que ſane celeſtia ſunt cor
pora:que ſuos adequatos effectus in terre-
ſtri ſitu determinatis periodis producūt:nō
ſolum in annona epidimia ⁊ mutatione tem
porum:verum etiam de omni mutatione re-
gnorum mundi ⁊ ſectaruꝫ. Que ſane ſtella-
rum cognitio mirabilis ad ſanitatem ⁊ ma-
ximum actionum humanarum commodum
conducit ⁊ plurimum confert. Ad ſanitatem
quidem:quoniam precognoſcendo celeſtes
influxus ⁊ minaces cōſtellationes multa fu-
tura mala (inquit Ptolomeus) precauere
poſſumus:que ignaris aſtroruꝫ ſepiſſime cō
tingerent:puta precognoſcendo celi minacē
diſpōnē per febre futura vel quodcūqꝫ aliud
infortunium:alterando primo ipſum corpus
per qualitates contrarias ⁊ dietando atque
debite euacuando:febris illa nō accidet:vel
remiſſius affliget.¶ Ad vtilitatē pficit aſtro
ruꝫ cognitio in actionibus humanis:quoniā
precognoſcendo ſtelliferos motus in anno-
na:qualiſcūqꝫ vētura fuerit. De ipſa quiſpiā
recte prouidēdo bene dictari poterit.¶ Ad
felicitatē deniqꝫ non mediocrem ⁊ anime p-
fectionem celeſtis contemplatio maxime cō-
fert. Quoniam priſci futura precognoſcen-
tes apud homines magi ⁊ ſapiētes diceban
tur:ac veluti prophete ⁊ quodammodo pro
dijs in terris habebāt ſeu dei vicarij. Quid-
quid enim ſummus rerum opifex per ſtellas
producere intendit:aſtronomis clementiſſi-
me primo cōmunicauit:quod ſane facile eſt
videre:nōne Abraham (vt in Geneſi legit)
in aſtrorum ſcientia peritiſſimus in maxima
priſcorum veneratione habitus Indos et
Egyptios illam edocuit. Atlas etiaꝫ ob hu-
ius doctrine preſtantiam ab antiquis celum
ſuſtinuiſſe dicit. Quid de mercurio illo triſ-
megiſto referam?qui hanc ob admirabilem
ſapientiaꝫ ſummo cū honore terrenus deus
ab hominibus habitus eſt:taceo Linum or-
pheum ⁊ mirabilem illam ſybillarum mul-
titudinem ſummis laudibus decantataꝫ nō
alia de cauſa:niſi quoniam celeſtium cogni-
tionem optime caluerunt.¶ Hec igit eſt illa
celeſtium ſapientia:que omnes inter huma-
nitus adinuentas diſciplinas ingeniuꝫ ſum-
mopere perficit:magiſqꝫ nos in rerum admi
rabilium cognitioneꝫ deducit:q̄ꝫ oēs alie ſu-
pra memorate diſcipline:ſicut vnicuiqꝫ recte
cogitanti videre licet. Quādoquidem nulla
fiat in aliqua ſcientia verior effectuū in ſuas
cauſas reſolutio:q̄ꝫ in hac celeſtium peritia.
Neqꝫ ab re philoſophus perſenſit meliꝰ eſſe
modicam habere cognitionem de rebus ſu-
perioribus q̄ꝫ maximam inferiorum ob ma-
iorem nature dignitatem. Quis eniꝫ ambi-
get celeſtia longe preſtare ceteris ſublunari
bus?immo quecunqꝫ contingunt in inferio-
ribus antea virtualiter in celeſtibus cōtinen
tur. Eterna enim voluntas ⁊ inuariabilis ⁊
infinita poteſtas nature totius opificis cele-
ſtia creauit:veluti ſecundas cauſas : quibus
mediantibus effectus oēs inferiores ideali-
ter ab eterno in mente ſua exiſtētes ad extra
in tempore producit:quo ad ipſius ordinatā
potentiam:tribuens vnicuiqꝫ formam pro-
priam:virtutem atqꝫ operationem:vt decet
ad libitum donantis dei:donare cui vult : et
cui non vult non donare. Qui profecto neqꝫ
ex hoc perſonarum acceptator dicendus eſt:
quoniā omnia ſunt illius effectus:nulla cau-
ſa meriti rei pducte preexiſtente:Ideo neqꝫ
plus merentis recipere q̄ꝫ receperit dono ⁊

gratia datoris. ¶ Celestia igitur agũt hec in inferiora motu lumine ꝛ influentia determinata veluti cause secundarie: que ideo a primo rerum omnium opifice create sunt: vt ipsas agere motus proprios Augustino teste deus permittat: que sane maiorẽ de ipso deo glorioso cognitionem prestant nobis q̃ꝫ reliqua entia sublunaria. Qui ergo plures harum perfectionum gradus ex inuentione ꝓpria vel alterius eruditione caluerit. His certe prestabit ceteris ꝛ maiorem felicitatis gradum naturaliter haberi possibilem pertinget. ceterisqꝫ longe anteponẽdus erit veluti dei amantissimus. ¶ Ex his igitur aperte monstrauimus quibus in bonis rationalium beatitudo possibilis haberi per naturã collocanda sit: ꝛ quantum omnes inter disciplinas humanitus inuentas astrorum peritia sit ceteris preferenda. ¶ Reliquum modo superesse arbitramur: vt grandes nobis futuras obiectiones de suprema felicitate fidelibus adducendas e medio tollamus. Facile nãqꝫ intueor plerosqꝫ oppositores q naturalibus rationibus hominem beatificari nequaq̃ꝫ putant: ꝛ iure quidem: quoniã perfecta felicitas in distincta dei cognitiõe atqꝫ fruitione consistit. Quaꝫ profecto nulla scientiarum (vt vera fateamur) nobis elargitur. Sed quedam gradus pauciores ꝛ quedam plures: vt antea mõstrauimus ex disciplinis per naturã haberi possibilibꝰ. ¶ Ex creditis igitur operepreciuꝫ est modo indagare: q̃ nã sit illa ꝓfessio: q̃ nos in claram dei ꝛ intelligẽtiarum peritiam deducat. Omnes profecto in hanc deuenire sentẽtiã comperimus illã esse theologiaꝫ: que de deo sermonẽ indicat. Hanc autem bipartitam esse apud veteres inuenimꝰ vt verius disseramus. Cabalisticã scꝫ ꝛ orthodoxã: vtraqꝫ profecto summã dei cognitionem suis pollicetur professoribus. ¶ Cabalistica autẽ professio apud hebreorũ monarchas est archana dei ꝛ intelligentiarũ cognitio in literis hebraicis ꝛ punctis constituta: quã ex mosaica literatura deducunt multipharijs earum combinationibus ꝛ numeris ab ineffabili quopiam ꝛ vnico dei nomine quattuor literarum progredientibus: in quibus arcana dei misteria ꝛ miracula cõtineri: ꝛ ꝑ ea fieri possibilia existimant. Que oliꝫ oretenus ab antiquis eorum primatibus cõmunicabãtur. De qbus curiosissimis hebreorum creditis plurima extant (vt aiunt) cabalistica volumina. vt liber zoar a Symone ben iochay editꝰ: ꝛ liber Sarrha Abora: ꝛ Jmbre Cepher ꝛ Cephar Jacyra Abrahe: Cephar Temonoth ꝛ Canha ꝛ quãplura alia volumina de mysterijs illius cabalistice professionis. ¶ Quã sane ꝓfessionẽ dari hominibus veluti beatificantem animam rationaleꝫ nequaq̃ꝫ arbitramur: neqꝫ approbamus ꝛ si multipharias contineat contemplationis indagines ꝛ spiritales subtilitates. Sed veluti metaphysica plura pollicetur q̃ꝫ executioni demandet. licet in cabalisticis illis vuoluminibus maiora sint inserta dei ꝛ intelligentiarum penetralia q̃ꝫ in tota Arist. metaphysica: que cõmunissimos entium conceptus mortalibus demonstrat: ꝛ de genere abstractorum: que ex sensatis eliciuntur insinuat. ¶ Quum igitur professio cabalistica nos efficere beatos nequeat: ad solam profecto illam orthodoxe fidei theologiam pro capescenda felicitate suprema recurrendũ est. Que supra omnes humanitus inuentas disciplinas ꝛ cabalistarum peritiam nos in clarum deitatis intuitum deducit: pluraqꝫ exequens q̃ꝫ pollicetur. Hec est illa scientiarũ omnium regina ꝛ supremi reruꝫ opificis cõtemplatrix: qua sane duce sanamur ab omnibus languoribus corporis ꝛ anime: contraqꝫ omnia mundi pericula clypeus est munitissimus. Cuius felicibus auspicijs in facialem illam dei cognitionem beatificam deducimur. Quam nobis prestare dignetur altissimus: cuius nomen ineffabile per secula sit exaltatum Amen.

Tractatus de occulta causa Fluxus ꝛ Refluxus Maris.



Expeditis iamiaꝫ que in operis huius exordio scrutari ac determinare ꝓmisimus: reliquum erat nobis expediendum. videlicet de causa illa pluribus occulta: imo cognitu difficillima fluxus ꝛ refluxus maris. Cuius effectus licet omnibus sit manifestus. Omnes tamen adeo ancipites adeoqꝫ non mediocri admiratione plenos reddit: vtplurimũ ipsiꝰ causam potissimam cognoscere desiderent. Quãdoquidem admiratio teste philosopho primo sue sapientie sit principium ꝛ occasio recte philosophantibus: inquit enim Aristo. propter admirari ceperunt philosophi philosophari. Maxime igitur erat rationi ꝯsentaneum in calce huiꝰ nostri operis hanc difficilem pertractare materiam presertim pro resolutiori supradictorum cognitione. ¶ Diximus enim superius in de pronosticis egritudinum. Quomodo Socrates vitam cum morte cõmutauit descendentibus sole ꝛ luna a cuspide mediȷ̃ celi ꝛ mare refluẽte. Manifestum est enim q sol ꝛ luna ab horoscopo vel parte orientali ad nos accedentes vsqꝫ

ad meri-

ad meridiem in sex horis equalibus ascendunt: quo in tempore ꝛ mare ad nos fluendo accedere videtur: quibus descendentibꝰ ꝛ mare refluere incipit. Cum autem Sol ꝛ Luna sint maximi vite fautores: quando ab hemisperio inferiori ad superius emicant: tenebras fugant ꝛ lumen nobis prebent: ꝛ mare fluere ad nos icipit. Lumine ergo ꝛ motu influunt in nobis viuentibus ꝛ presidium pstant: quo (infirmi subleuati) non moriunt: Sed ipsis descendentibus mare refluit ꝛ psidium egris subtrahitur ꝛ a morbo vlteriꝰ grauati sepius in eodem descensu ꝛ maris refluxu de proximo morituri moriuntur: qđ profecto apud hyspanos etiaꝫ vulgares passim obseruatur: ꝛ de morte egrotantiuꝫ pronosticatur. ¶ Cognita ergo essentia egritudinum cum pronosticis dierum creticoruꝫ per stellas in bonum vel in malum terminantibus: ꝛ hoc habito tanq̄ꝫ per suas causas celestes a priori. Certe pulchruꝫ erit ꝛ dignum scitu per easdem causas etiam in particulari: qua hora morituri vitam cum morte debeant commutare. Quod facile quisqꝫ consequetur. Si Solis ꝛ Lune cursus ascendētes vel descendentes obseruauerit: per quos mare semper ꝛ fluere ꝛ refluere expertum est: ꝛ res inferiores augmentum ꝛ decremētum suscipiunt. ¶ Et q̄uis Scotus secundo sententiarum: ꝛ Plinius etiā in secundo naturalis hystorie quedam de fluxu maris ꝛ refluxu sicut mures super farinam saltantes delibauerint: non tamen resolute aliquid posteris tradiderunt: subticentes rationem q̄re ipsum mare quādoqꝫ velocissime fluit ꝛ refluit: ꝛ quandoqꝫ idem neqꝫ fluit neqꝫ refluit: qualis est etiaꝫ forma maris: vbi mare est maxime fluxum: vel qualis vbi est idem refluxum: bene etiam ipsos latuit: (sicut ꝛ reliquos omnes philosophos vsqꝫ nunc) quod est res tam sensata ꝛ manifesta: cuius quideꝫ cause sunt: luminaria scilicet vniformiter mota respectu primi mobilis: que perficiunt in die naturali vnam reuolutionem ab ortu per meridiem in occasum: quare motis ipsis ab ortu vsqꝫ ad meridieꝫ: mare fluit ad nos. Sed quare motis ipsis eodem motu vniformi: ꝛ eisdem properantibus vlterius a meridie versus occasum mare non sequitur lumen vel motum: ꝛ influentiam ipsoruꝫ siderum? Sed semper in illo situ cuspidis mediȷ̄ celi luminaribus existentibus mare primo quandam morulam facit: postea vero incipit refluere: ꝛ incipit facere motum oppositum: stante causa vniformi luminariuꝫ in suis motibus luminibus ꝛ influentȷ̄s? ¶ Si ergo stelle lumine ꝛ motu tm̄ agerent in hec inferiora ꝛ non influentia (vt Aristotelici male opinantur) quare effectus. s. maris est cōtrarius suis causis in fluxu ꝛ refluxu? stāte causa. s. luminarium vniformi: quas quidē passiones maris ꝛ quāplures alias (de quibus modo est agendum) non soluꝫ non soluerūt: sed neqꝫ in questioneꝫ posuerunt: certe quia astrologiam non caluerunt. ¶ Sed ꝯtra qspiaꝫ obȷ̄ciet nōne Plinius secundo naturalis hystorie tot pulchra tamqꝫ late digessit? Certe Plinius historicus magis extitit atqꝫ delibator diuersoꝝ auctorum: neqꝫ particulariter digessit aliquā scientiarum: sed in multis etiam confudit nescius logice: quo instrumento tm̄ verum a falso separatur. Scotus autem (q̄uis logice parens fuerit) tamen qa calceos non habuit: nudis pedibus astrologiam calcare voluit: in qua spinas sentiens: pedes contraxit: ꝛ sicco pede super ipsuꝫ mare secundo sententiaꝝ deambulauit. Auerroes aut cum suo magistro Aristotele: senio confecti (vt ipsi. xȷ̄. methafisice confirmant) desperarunt effectus omnes in sphera actiuorum ꝛ passiuoꝝ naturales ad celestia corpora (vt ad causas proprias ꝛ adequatas) posse reducere ꝛ illorum rationem veras assignare. ¶ Quoꝝ onus modo nos subire tentabimus: neqꝫ auderem nisi tota doctrina Aristotelica viam mihi: vt famulans astrologie prebuisset: cui enixe ab incunabulis natando inuigilare non cessaui. ¶ Primo ergo ponemus conclusiones per quas non solum facilis erit cōnexio vel copulatio astronomie ꝛ iudiciorum eius ad medicinalia ꝛ pronostica eius de diebus creticis non pꝰus applicata. Verumetiam ponemus metodū quomodo quisqꝫ ratione regulari ꝛ vniuersali omnia contingentia in sphera actiuoruꝫ ꝛ passiuoꝝ explicare vł resoluere poterit ad celestia (vt ad causas ꝓprias ꝛ adequatas) cum exemplis accōmodatis pro minus in scientȷ̄s exercitatis facientes ex omni scibili scientiā vnaꝫ: quando quis reduxerit sciētias omnes ad istam astronomicaꝫ scientiaꝫ (dico dominam ꝛ reginam aliaꝝ omnium) Dicāt quicquid velint ipsius expertes: qui sane si preclara eius monumenta degustassent: eam ceteris prestare disciplinis humanitus inuentis existimarent. Sed artis ignorantia causa est: ne anima reuertatur vnde discessit: verum enimuero vt materiam hāc cognitu difficilem clarius elucidemus: positis quibusdam conclusionibus fluxū maris ꝛ refluxuꝫ facillime perscrutabimur pro cōmuni studiosorum omnium fruge. Et primo differemus de fluxu ꝛ refluxu maris: quando luminaria coniuncta sunt vel opposita. Secundo quando fuerint in alio situ preter hec duo loca.

¶ Prima conclusio. Sol ⁊ Luna sic maris tumorem ad se contrahunt: ꝙ sub ipsis perpendiculariter est maximus tumor maris: q quidez tumor fluxus maris dicitur ⁊ aquarum crementum ⁊ similiter diametraliter in parte opposita (que nadir dicitur) est eadem vel consimilis eleuatio vel tumor maris maximꝰ: ergo duo maximi tumores maris sunt semper ⁊ vniformiter: alter. s. sub luminaribꝰ ⁊ alter in parte opposita: que nadir luminarium est vocata que oppositionem significat secundum astronomos.

¶ Secunda cõclusio. Sicut Luna est velut centrũ illius tumoris: ⁊ eius nadir est aliud centrum: sub qbus est maxima eleuatio maris: que diuideret totum mare velut in duo hemisperia sic ꝙ luna erit semper centrum vnius hemispery: ⁊ alterius hemispery erit centrum ipsum nadir lune: in orizonte autez medio istorum duorum centroꝝ oppositoꝝ est semper maxima depressio ⁊ decrementuz aquarum vel refluxus maris. Qui quidem orizon semper ⁊ vniformiter distat ab vtroqz centro circulariter per gradus. xc. Eodem modo est imaginandum atqz dicendum de figura eleuationis ⁊ depressionis maris sub centro Solis ⁊ nadir eius: ⁊ in orizonte medio. s. inter vtrũqz centrum est depressio maris vel eius refluxus ⁊ aquaꝝ decrementuz.

¶ Tertia conclusio. Sicut sphera maris in plano depingi non potest: sic neqz eius profunditas videri potest. Sed si tota sphera solida maris in duo diuideret per duo centra: statim certe apparebunt q̈ttuor figure quasi lunares profunde in medio. s. quelibet illarũ in centro proprio: ⁊ quia sunt quattuor centra: ideo erunt etiam quattuor profunditates maris semper vniformes: quarum due erunt a luna causate ⁊ eius nadir: alie vero due a sole. s. ⁊ eius nadir: ⁊ omnes predicte figure a dictis centris sunt equaliter terminantes in cuspidem vel quandã piramidem: cum quibus cuspidibus adinuicem se contangunt: quattuor. s. piramides orbis lune in orizonte coeuntis: scz. e. et. f. ⁊ alie quattuor ipsius solis in orizonte. l. m. Que quidẽ due figure Solis ⁊ Lune ambe diuidentur in xxviij. partes equales: sic ꝙ ab orizonte oriẽtali. s. a puncto. e. vsqz ad centrum lune sint septẽ partes: ⁊ est prima quarta: Similiter ⁊ secunda quarta ab orizonte sinistro. s. a puncto. f. diuidatur in alias septem partes: ⁊ similiter due relique quarte ipsius nadir diuidãtur in septem partes equales: ⁊ ad similez diuisionem diuidatur ⁊ Solis figura maris in alias. xxviij. partes equales: vt in figura descripta diuise sunt. Quas equidem partes totius figure signabimus cum literis more mathematico: vt facilius demõstrare valeamus ea que intendimus docere. Sit ergo centrum hemispery tumoris maris eleuati ab ipsa luna centrum ⁊ centrum nadir eius nadir Orizon cõmunis (in quo terminant quattuor cuspides vtriusqz hemispery) e. f. Sit ⁊ centruz solis. Sol nadir eius. Orizon cõmunis. l. m. ¶ Signentur etiam quattuor partes mundi immobiles: ad quas mensurabũtur omnes fluxus ⁊ refluxus maris mobiles (motus enim per aliquod immobile cognoscitur.) Sit ortus. N. meridies. P. occasus. Q. cuspis terre et septentrio. R.

¶ Quarta conclusio. Iste autez eleuationes maris facte sub forma lunari sunt maxima profunditas in quattuor centris: in quibꝰ centris tumor maris erit graduũ septẽ: in partibus autez proximis dextris ⁊ sinistris erũt sex: in tertia vero parte similiter dextra ⁊ sinistra quinque: postea quattuor: postea tres: postea duo ⁊ vnum vltimo terminabitur ille tumor maris ad non gradum tumoris. s. O. quod. o. ponitur in vtroqz orizõte medio vel communi: quod autem dicitur de orbe lune: idem dicatur etiam de orbe solis.

¶ Quinta conclusio: ꝙ iste attractiones maris sunt facte a sole sicut ⁊ a luna: ⁊ sit vtrũqz luminare diuisim pro dimidia parte tumoris: ⁊ pro alia dimidia parte tumoris ad se attraxerunt nadir ⁊ ipsum sic attractuz semper ⁊ vniformiter sibi seruant: quod manifesta ⁊ necessaria ratione sensata ꝓbat. Quoniam ponatur linea sub ipso sole coniuncta in eadem linea: ⁊ ponãtur in. p. meridie. Dico tunc ꝙ mare apud illos (quoruz sol est in meridie) erit in maximo fluxu. Ponant etiã eadem luminaria in. R. cuspide terre. s. in media nocte mare iterum erit in simili maxima eleuatione: sicut quando erat in. p. meridie: Ergo maxima eleuatio ⁊ maris tumor est sub ipsis luminaribus ⁊ nadir eorũ: sicut in figura patet. Probatur etiã inductiue in totali reuolutione diei naturalis: in qua variantur omnes differentie fluxus ⁊ refluxus maris. In nulla enim alia hora inuentus est apud meridiem maior tumor q̃z luminaribꝰ existentibus in meridie: vel eisdem existentibus in cuspide terre: quando. s. nadir ipsorũ luminarium est in meridie: ⁊ hoc est semper ⁊ vniformiter: ergo semꝑ ⁊ vniformiter maris tumor est maximus sub centris luminarium ⁊ in nadir ipsorum.

¶ Sexta conclusio. Ponantur etiam luminaria in N. parte orientali. Dico ꝙ semper ⁊ vniformiter mare erit in. p. meridie in maxime refluxu ⁊ depressione sicut ⁊ ipsis existentibus in. q. parte occidentali: mare erit iteruz in. p. meridie in maximo refluxu. sicut

quando

quando erant in. N. parte. s. orientali: ergo a quattuor punctis vel quattuor centris: vbi sunt maximi fluxus ad. xc. graduum distantias dextras. s. et sinistras sunt maxime depressiones et refluxus maris: et a maximo refluxu ad maximum fluxum et crementum semper mare per equales proportiones augēdo fluit. Quod probatur: supposito quod ab ortu ad meridiem sunt gradus. xc. et a meridie in. q. occasum gradus. xc. et sic oēs quarte constāt ex gradibus. xc. Tunc arguo Sole et luna existētibus in. n. ortu maximus refluxus est in. p. meridie: et eisdē similiter existentibus in. q. occasu: iterum in meridie est mare in maximo refluxu. Probatur quoniā in tota reuolutione diei naturalis bis mare est in maximo refluxu: sed luminaribus existentibus in ortu et in occasu tm̄: mare in meridie est in maximo refluxu: qui meridies distat ab ortu per gradus. xc. et ab occasu per gradus. xc. ergo a maximo fluxu maris ad maximum refluxum. s. dextrum et sinistrum sunt gradus. xc. Ergo tota figura tumoris maris est vera: que lunarem formaz sibi vendicauit. Quod quidem manifestum erit. Si mare sub equinoctio in duas partes diuidatur et in pleno ponatur: vt nos posuimus. ¶ Sed si quis speculatiuus speculatus fuerit quomodo mare in propria forma se habet: inueniet certe sicut duo hemisperia mobilia ad motū luminarium: diuisa in duos tumores contra se positos. Quia vnus tumor est sub luminaribus et alter sub nadir ipsorūz: qui diametraliter eis opponitur: qui tumores cū sint semper sub ipsis luminaribus et sub nadir ipsorum: semper ergo mouebūtur dicti tumores insequentes dicta luminaria tanq̄ꝫ proprias causas illorum tumorum. ¶ Pari ratione erit etiam maxima depressio semper in orizonte qui distat a dictis duobus tumoribus oppositis circulariter per gradus. xc. ¶ Sed pro minus speculatiuis: qui nesciunt abstrahere a sensatis presentibus necesse fuit ponere has figuras in plano. Que formam maris (qualis est in se) aliqualiter representat: que duo hemisperia mouentur ad motum lune: alia duo mouentur ad motuz solis semper et vniformiter: q̄uis hec quattuor hemisperia fiāt duo quando Sol et Luna sunt coniuncti: vel oppositi: in alijs autem horis sunt diuisa et tunc videbuntur esse quattuor hemisperia: duo. s. respectu lune et reliqua duo respectu solis: sicut in figura clare apparet: per quam bene intellectam omnia accidentia maris in dubie verificabuntur.

¶ Septima conclusio. Sicut mare ante solē et lunam per. xc. gradus semper fluit et post ipsos semper refluit et sub ipsis idem mare semper est in maximo fluxu: in quo situ mare semper quiescit: quia neqꝫ fluit neqꝫ refluit: sic etiam sub vtroqꝫ nadir mare habet consimiles passiones in omnibus. ¶ Probatū enim fuit supra prima in secunda conclusione: quod maximus tumor maris est sub q̄ttuor punctis vel centris. Probatur modo quod etiā quiescit sub eisdez centris semper: per dignitatem et propositionem maximam philosophie naturalis: videlicet quod inter duos motus oppositos necesse est dare quietem mediaz: ne due species motus opposite continuentur et fiant vnum. Et q̄uis hee passiones maris quasi implicent contradictionem adinuicem et dicant impossibilitatem: tamen sunt vere ex parte rei et concordant sensatis: que non licet negare. Qui enim negauerit sensata dignus est verberibus teste Auicēna: vt per vim illis assentiat: in quibus autem intellectus minime acquiescit: imo deducūt in maximā admirationem. s. quod mare a termino loci luminarium in dextram partem semper et vniformiter fluat: et ab eodem termino in sinistram partem semper refluat: et tamen in eodem puncto et termino. s. centro luminarium sit semper maximus fluxus maris: et etiā ibi semper quiescat videtur esse insistenduz. Propter que implicātia nullus priscorum neqꝫ recētiorum hunc vsqꝫ in diem ausus est has soluere questiones propter earum difficultatem. Qm̄ isti motus maris cum suis passionibus non videntur insequi motus naturales q̄ttuor. s. elementorūz: et minus motum ipsius quinte essentie diuinorum. s. corporum celestium. Est enim compositus a celesti et elementari natura et facta neqꝫ ista neqꝫ illa: sed tertia participās vtrisqꝫ. ¶ Sed ne tam admirabilis motus maris cum suis passionibus semper subdubio relinquatur: et ea ex parte homo sit semper infelix. Qui enim admirantur infelices semper sunt: qm̄ sunt ignari causarum teste poeta: Felix qui rerum potuit cognoscere cās. Tētabimus ergo nos e medio tollere ac terminare admirationes istas: eo magis: quia iam in de felicitate posuimus felices fore tales: qui scientia causarum completi et perfecti sunt: quod quidē palam erit: quādo illud cum exemplis satis accōmodatis configurabimus: et causas mōstrauerimus. Exēpla quidē magis mouent q̄ꝫ verba. ¶ Accipiatur ergo primo corpus solidum et sphericum cū axe et vtroqꝫ polo: in quo ponatur circulus meridianus tangens spheram in vtroqꝫ polo: a quo contactu idem meridianus semper subleuetur a superficie dicte sphere: taliter quod supra equinoctiuz talis meridianus sit eminens per duos digitos: et quod talis meridianus faciat supra spheram: quasi formā lunarem:

supra equinoctium maxime profundā. Sint ergo due ille forme lunares diametraliter opposite causate ex tali meridiano sic artificiose posito. Sit ⁊ alter circulus equinoctialis ad similez formaz lunarem positus supra equinoctiuz: secans iam dictuz meridianum ortogonaliter ad angulos fere rectos ⁊ spherales: a qua cōmuni sectione circuloꝝ ad distantiam graduum .xc. contangat spheram. Qui duo tumores vel eleuatiōes supra spheram in duabus partibus oppositis cum illo contactu sphere iam dicto causabūt duo hemisperia: quoꝝ orizon erit cōis in illo ꝯtactu circuloꝝ. Que sphera sic fabricata erit certe cōsimilis in omnibꝰ ipsis tumoribus ⁊ depꝛessionibus maris causatis a duobus luminaribus ⁊ duobus nadir eorum. Tunc vestiat dicta sphera tella celesti dimisso aperto altero polo: vt possint moueri adintra cum digito dicti duo circuli. Illi enim duo tumores oppositi erunt ad instar eleuationis maris ꝑ ipsa luminaria causati ⁊ tumor oppositus ꝑ nadir oppositum. ¶ Ille etiam depressiones maris maxime distantes vndique a centris maxime ꝓfunditatis maris per gradus .xc. representabunt orizontez mobilē: qui semꝑ insequuntur motuz luminariū: a quibus distant per .xc. gradus semper ⁊ vniformiter. ¶ Ducuntur ergo illi circuli adintra tellam: que sit immobilis. Certum enim erit primo ꝙ ille tumor dexter pelli videbit: ⁊ illa tella: que representat ipsum mare: semper per .xc. gradus ante solē subleuabit: ad instar cuius subleuationis mare etiā crescere videbitur: alter autē tumor ⁊ sinister videbitur destitui ⁊ cadere ab illa eleuatione propter fugam ⁊ vlteriorem motum luminariuz: ex quo ⁊ refluere mare videbitur. Et de tumore diametraliter opposito causato ab eoꝝ nadir eodez modo dicendum est. In qua figura docti ⁊ exercitati in ipsis abstractionibus a sensatis: quoꝝ abstrahentiū non est mendacium: poterunt facile omnes canones nostros exercere ⁊ applicare. Ubi videbunt duos tumores semper esse vniformes luminaribus scz existentibus in coniunctione: inuenient certe ipsum mare semper fluere in duabus quartis dextris a luminaribus ⁊ ipsoꝝ nadir: Et in eadez hora ⁊ in eodez instanti semꝑ ipsuz mare refluere ⁊ motū facere oppositū in duabus .s. quartis sinistris: in vna .s. quarta sinistra a luminaribꝰ: ⁊ in altera sinistra ab ipsis nadir ⁊ partibus oppositis. Apparebit etiaz in orizonte communi tunc mare stare neqz fluere neqz refluere: ipm etiaz esse in maximo refluxu: ⁊ semper in distantia .xc. graduz. Per oppositū erit sub ipsis luminaribꝰ: vbi erit semper maximus fluxus ⁊ in nadir eorum: qz vis ⁊ ibi mare neqz fluat neqz refluat: sed semper stat: sicut ⁊ in horizonte dictuz fuit. Qui quidem motus ⁊ passiones maris nō sunt similes motibꝰ alicui elemētoꝝ: neqz ipsi corpori celesti sed dissimiles: qa sunt cōpositi ⁊ causati ex natura elementi aque: ⁊ ex lumine: motu: ⁊ influentia celestiuz corporū sic operantiū: que noster intellectus tm̄ insequitur. Complent enim oēm actum secūduz ⁊ propriaz operationez in istis inferioribus: primaria causa sic disponente vt ꝑdiximus. Hec autē spherica: quia in plano nō possunt depingi sufficienter: sed indigent proprio lumine intellectus: velꝰ viua voce docētis que maximāz latentis enurgie vim habet: vel ēt actuali demōstratione nostre figure: quā studiosis omnibus cognoscere cupientibus libenter me polliceor ostensurum.

¶ Octaua conclusio. Ponantur duo centra Solis ⁊ Lune in .M. parte orientali: dico ꝙ tunc mare in .p. meridie est maxime refluxū per conclusionem quintam. Ascendentibus etiam luminaribus ⁊ ad .p. properantibus mare quidem versus .p. incipiet crescere ⁊ fluendo tumefieri successiue: ⁊ tamdiu tumefiet per sex horas q̄zdiu luminaria perueniant ad .p. meridiem. Iterum autem eisdez currētibus in .q. mare incipiet refluere in .p. meridie: ⁊ tādiu refluet per sex alias horas: q̄zdiu luminaria peruenient ad .q. occasum (quartam secundum). Iterum ⁊ tertio eisdem motis in .R. mare fluere incipiet in .p. meridie per sex horas: qbus in vltima quarta discurrentibus versus .n. mare per sex horas refluet in .p. ¶ Sequitur ergo ꝙ luminaribus existentibꝰ in prima quarta mare in .p. meridie fluet: ⁊ eisdem in secūda quarta existentibus in .p. refluet: in tertia quarta iterū fluet: ⁊ in quarta vltima refluet in .p. meridie. ¶ Secūdo sequitur ꝙ luminaribus existētibus in .n. mare fluere incipiet versus .p. ⁊ illis existentibus in .p. mare incipiet refluere ab eodem .p. ergo .n. et .p. punctus in distātia graduum .xc. sunt motus maris oppositi: quia .n. facit fluere ⁊ .p. refluere. ¶ Tertio sequitur ꝙ in duabus quartis oppositis: in prima .s. ⁊ tertia: mare in .p. fluet: ⁊ in secunda ⁊ quarta idez refluet in .p. qa sunt quarte opposite. ¶ Quarto sequitur ꝙ in quocūqz puncto signato totius circūferentie terre: ab ortu per meridiem in occasum: ⁊ ab occasu per meridiem in ortum bis mare fluet ꝑ sex horas: ⁊ bis refluet per alias sex horas: ergo in .xxiiij. horis in quolibet puncto significato mare fluxit bis ⁊ refluxit bis. ¶ Quinto sequitur: ꝙ in quolibet puncto signato: mare quater stare videbitur per aliquam morulaz temporis sensibilem: inter enim duos motus

contrarios

cōtrarios ⁊ oppositos (inquit Philosophꝰ) mobile stabit: ne due opposite species motus sint vnum propter vnum motū continuum: Duo enim differentia specie ⁊ numero non possunt esse continua: sed bene contigua vel consequenter se habentia sexto physicoruʒ. ❡ Sexto sequitur: ꝙ duo centra luminariū cum orizonte cōmuni. l. m. diuidūt quattuor quartas sub orbe solis: eodem etiam modo erunt quattuor quarte in respectu orbis lune: in quibus octo terminis. s. in duobus luminaribus ⁊ duobus nadir eorū: ⁊ quattuor terminis orizonteʒ terminantibus scilicet. l. m. e. f. mare semꝑ stat: neqʒ fluit neqʒ refluit. Quāuis continue mare fluat in quartis dextris ⁊ refluat in quartis sinistris: quando fit coniunctio vel oppositio luminariū: vt supra dictuʒ est. ❡ Septimo sequitur: ꝙ est maius omni admiratione: ꝙ mare in quarta dextra luminaris fluet semꝑ: ⁊ in quarta sinistra idē refluet: ⁊ in nadir similiter in quarta dextra fluet ⁊ sinistra refluet: ⁊ tamē in quolibet centro mare semper stat in suo maximo fluxu: sicut semper idem mare in distantia. xc. graduuʒ ab omni centro est in maximo refluxu. Dextram partē a sole voco illā partē ante solem: illud autem est ante: quod solem precedit: puta sole existente in ortu: illud quod est versus meridiem est ante: quod autē est sub orizonte est post solē. Que qdē passiones maris ita probantur: quoniam sub centris luminarium: ⁊ sub ipsoruʒ nadir est maximus tumor maris: sic etiam in eorum orizontibus medijs vel communibus: scilicet. l. m. et. e. f. mare est in maximo refluxu: hoc supra ꝓbatum est ⁊ per experientiam facti patet. Sed etiam ratione comprobatur: quoniam in centris hemisperij mare est in maximo fluxu: ⁊ in. e. f. ⁊. l. m. orizonte est in maximo refluxu: ergo ibi non fluit neqʒ refluit. Da oppositūʒ scilʒ ꝙ in centris vel in orizontibus fluit vel refluit: ergo non esset mare in centris semper ⁊ vniformiter in maximo fluxu: ⁊ in orizonte semper in maximo refluxu: cuius oppositum est supra probatum ex sensatis conclusione quinta in prima parte eius. ❡ Probatur et secundo: quia luminaribus existētibus in. p. meridie sunt in termino vltimi fluxus maris quia in ꝑncipio secunde quarte: ⁊ in fine prime quarte vbi vult mare refluere: sed inter duos motꝰ ꝯtrarios est necesse mobile stare: ergo mare non fluit neqʒ refluit in principijs quartaruʒ: et ꝑ consequens videbitur stare. ❡ Nona conclusio: ꝙ ab ortu. n. in. p. est prima quarta oriētalis: in qua luminaribus discurrentibus mare semper in meridie fluit. Secunda quarta est ab. p. in. q. in qua Sole ⁊ Luna discurrentibus: mare in meridie refluit. Tertia quarta est. q. r. in qua iterū fluit in meridie: ⁊ quarta vltima est. r. n. in qua mare secūdo refluit in meridie. ❡ Sequitur ergo primo ꝙ in quocunqʒ puncto signato Mare quater stat ⁊ bis fluit ⁊ bis refluit. Cuius ratio est: quia partes celi (respectu solis ⁊ lune) diuerse faciunt stare ipsum mare: puta centra ⁊ orizon: ⁊ fluere faciet quarta dextra: ⁊ refluere faciet quarta sinistra: cum quibus centris ⁊ partibus dextris ⁊ sinistris luminaria ⁊ ipsorum nadir (in die naturali) circundant omnes partes terre. Ergo in omnibus partibus terre tanta maris diuersitas apparebit (singulis diebus) luminaribus existentibus in coniunctione vel oppositione. Quādo autē erunt luminaria in alijs aspectibus adinuiceʒ (sicut in quadraturis) alie erunt passiones maris (vt post dicetur) Ex quibus sequitur ꝙ semper mare stat: semper mare fluit: ⁊ semper refluit respectu diuersorum locorum ⁊ temporum.

❡ Decima cōclusio. Mare velocissime fluit ⁊ refluit luminaribus existentibus in coniunctione: quia due virtutes efficientes fluxum maris sunt simul: ⁊ duo etiam nadir ipsoruʒ sunt simul: que equaleʒ potentiam habent in tali fluxu: ⁊ simili velocitate mare fluit: qn̄ luminaria sunt in oppositione: quia nadir lune est in eadem linea cum sole: ⁊ nadir solis est in eadem linea cum luna: ergo in oppositione luminariuʒ due virtutes similiter erūt simul: sicut ⁊ prius. ❡ Est ⁊ secūda ratio: qa Sol in oppositione erit in ꝑncipio ꝑme quarte: ⁊ Luna in ꝑncipio tertie quarte: que sunt quarte opposite: sed luminaria quando sunt in quartis oppositis se iuuant ad faciendum vnum motum similem: vbi in quartis proximis ⁊ lateralibus faciūt motꝰ oppositos. s. qn̄ sunt in duabꝰ q̈draturis. Ideo mare tūc stat ⁊ nō fluit neqʒ refluit: vt paulo post patebit.

❡ Undecima conclusio. Positis iamiam cōclusionibus de passionibus maris quādo luminaria fuerint simul: vel in eorum oppositione: vt superius diximꝰ: expedit modo ponere eiusdem maris passiones luminaribus variatis in situ celi ⁊ distantijs diuersis in toto cursu menstruo: ad quam diuersitatē mare continue aliam ⁊ aliam passionem ab eisdem suscipit. In quadrato eniʒ aspectu sinistro a sole: qui fit in die septima post coitum: ⁊ in distātia ꝑ gradus. xc. a sole in qua distantia omnes quarte laterales terminum suscipiunt: puta sole existente in. p. meridie: luna erit in. n. ortu: ⁊ sic vtrunqʒ luminare erit in principijs duaꝝ quartarum lateralium ⁊ nō oppositarum. Que quidem duo puncta. n. ⁊ p. sunt principia contrariorum motuum: qa luna quando est in ortu intendit fluxum ma

ris ꝛ Sol in.p.qui intendit refluxū maris. Sed causis efficientibus motum equalibus existentibus in posse ꝛ oppositum motū intendentibus:mobile non mouebitur:motus enim prouenit a victoria maioris inequalitatis motoris:ergo mare in illa hora nō mouebitur qꝫ diu luminaria fuerint in distantia graduum.xc.quia semper erunt in tota reuolutione diurna in principiis quartarū:in quibus intendunt motus oppositos:quare mare stabit:qui quidem situs maris apud peritos nautas dicitur in lingua materna mar d fele:quod bis accidit in singulo mense in prima quadratura.s.septima die:ꝛ in secūda.s. vigesimaprima die:i qbꝰ mare neqꝫ fluit neqꝫ refluit:propter contraoperantiā luminariū: quam adinuicem faciunt duo luminaria.

¶ Ex quo sequitur ꝙ centrum lune remouebitur a centro solis in septima die ꝛ perueniet ad orizontem. Ergo maximus fluxus veniet ad maximū refluxum:quo fit:vt mare in toto oceano ꝛ tota sua circūferentia erit equale in profunditate in fluxu ꝛ refluxu.

¶ Sequitur ꝛ secundo ꝙ nullibi mare tunc neqꝫ fluet neqꝫ refluet:in omnibus ergo patietur passiones oppositas:quales.s.patiebatur luminaribus in coniunctione vel oppositione existentibus:vbi mare in duobus.s.centris hemisperii erat maxime eleuatum ꝛ in orizontibus maxime depressum. Velocissime etiam mouebaṫ in coitu:vbi in quadraturis duabꝰ neqꝫ fluit neqꝫ refluit:neqꝫ est magis eleuatum in vna parte ꝛ in alia depressū: sed equale vndiqꝫ ꝛ sine motu. ¶ Quid ergo diuinius ꝛ magis sensate experimur in sideribus qꝫ istas passiones maris? Quis ergo sane mentis negare poterit in his inferioribus actiones celestium corporū tam claras ꝛ manifestas:atqꝫ tam pulchras? Quis etiā poterit soluere problemata hec ardua ꝛ occulta mortalibus:nisi ille qui in celestibus disciplinis educatus bene fuerit. Is etiā soluere poterit omnes effectus naturales in sphera contingentes actiuorum ꝛ passiuorum.

¶ Duodecima conclusio. Viso fluxu maris velocissimo(luminaribus existētibus in coitu vel oppositione eorum) visa etiam ratione:quare mare nō fluit neqꝫ refluit(Luna.s. existente in primo quadrato cum sole vel in secundo) videamus modo:quomodo ista velocitas maxima maris incipit deperdi successiue:vsqꝫ ad non motum : qui fit in septima die.s.in prima quadratura luminarium.

¶ Ponatur ergo Sol in.p.meridie:ꝛ Luna incipiat remoueri a Sole per vnam diē versus ortū motu eius proprio in zodiaco:perueniet.n.ad primam septimam partem prime quarte.s.sinistre a sole. Dico tunc ꝙ moto sole a puncto.p.in.q.sol erit in vna quarta ꝛ luna in alia per vnam horam:in qua hora mare non mouebitur:quia qꝫ diu luminaria fuerint in duabus quartis lateralibus:in quibus fiunt motus oppositi:mare non mouebitur:neqꝫ fluet neqꝫ refluet : sed cum Luna (motu primi mobilis)perueniet ad eandem quartam:in qua est ꝛ Sol:mare incipiet moueri motu veloci:quia vtrunqꝫ sidus conuenient in actione:quando.s.sunt in eadē quarta:ergo mare non fluet:nisi per horas.v.quia per vnam horam iam fuit sine motu. Ponaṫ autem Luna in secunda die in secunda distātia a Sole in diuisione.s.numero.v.per eandem rationē. Luna erit in alia quarta a Sole per duas horas:ꝛ sic mare in illis duabus horis non fluet:ergo mare in singulis quattuor quartis stabit imobile per duas horas: ꝛ mouebitur in singulis quartis per horas quattuor. In tertia autē die ponatur in tertia diuisione:tunc mare stabit per tres horas mouaṫ ēt luna:in quarta aūt ꝛ in quinta die successiue nō mouebitur per quinque horas ꝛ per vnam tm̄ mouebitur. Et tandeꝫ in septima die mare simpliciter non mouebitur: quia erit in p̄ma quadratura. Patet ergo ratio:quomodo mare successiue incipit deperdere motum per singulas partes:per quas distat a sole:per vnam horam de fluxu:quousqꝫ perdat totum fluxum:cum.s.ad ipsam quadraturam Luna peruenerit. Hic tamen notandum est ꝙ in quadratura semper apparet aliquis modicus motus ex parte virtutis lune:quia habet aliqualē victoriam supra solem in mouendo mare.

¶ Decimatertia conclusio. Post quadratuꝫ aspectum luna mouebitur per vnam diem ꝛ erit in tertia quarta per vnā horam:ꝛ sic mare incipiet acquirere fluxum ꝛ refluxum in singulis quartis per vnam horam tantū ꝛ per quinqꝫ stabit:vlterius luna perueniet ad secundam sectionem:ꝛ sic adiuuabit motum solis per duas horas:quare continue crescet motus maris fere in singulis diebus per horam quousqꝫ ꝑueniet ad oppositionē. Post vero oppositionem incipiet deperdi motus maris eo modo:quo deperdebatur:quando luna erat in coitu ꝛ inceperat a sole remoueri. ¶ Similiter est dicendum de quarta vltima:sicut dictum fuit de secunda quarta : quia quarte opposite habent eandem rationem motus maris ꝛ quietis. Que quideꝫ omnia clare apparebunt:si quis accōmodate nouerit remouere lunam a sole ꝛ ipsam firmauerit cum modico cere in figura:postea mouerit vtrunqꝫ luminare circum terram:vbi videbūtur omnes eleuationes maris atqꝫ depressiones:secundum ꝙ ille peruenient in tali motu

li motu

li motu ad omnes partes mundi:in qua fi-
gura semper ⁊ in omni loco clare apparebit:
quomodo se habet mare : dummodo noue-
rit quantum luna mota est a sole in zodiaco:
qm̃ tantũ mouet̃ centrũ lune a cẽtro solis:ꝑm
q̃s distãtias variabunt̃ ⁊ oẽs passiões maris.
¶ Decimaquarta conclusio. Mare non so-
lũmodo fluit ⁊ refluit in diurna reuolutione:
vt supra diximus:sed etiam mare continue
fluit ad meridiem per sex menses ⁊ a meri-
die in septentrionez cõtinue refluit per alios
sex menses. Quod patet:quia centrũ hemi-
sperij maris:vbi est maximus fluxus : est ꝑ-
pẽdiculariter sub ipsis luminaribus:qui q-
dem tumor semper insequitur centrũ solis:
vt dictuz est. Qui qdẽ sol a cancro signo.s.se-
ptẽtrionali in capricornu signuz meridionale
mouetur in sex mensibus. Ergo ⁊ ille maris
tumor qui insequitur solem ⁊ lunam:moue-
bitur fluendo a septentrione in meridiez per
sex menses:⁊ a meridie in septentrionez per
alios sex menses.s.a capricorno in cancrum:
quod clarissime patet ei qui nouerit spherã.
¶ Decimaquinta conclusio. Si quis curio-
se voluerit scire : quantum mare fluxum est
vel refluxũ ⁊ oẽs alias passiones eius. Inue-
niat locũ solis in tacuino in illa hora:q̃ scire
cupit ⁊ firmet ipsum cuz cera sub suo zodia-
co:quem diuisi in trinos decanos vt sit faci-
lior collocatio solis in eodem gradu:in quo
inuentus fuerit in tacuino: ⁊ idem faciet de
luna:quam firmet in sphera solis sub signo ⁊
gradu inuento in tacuino in eadem hora.
Tertio inueniat horam post meridiem:⁊ in-
ueniat gradũ ascendentem per doctrinã iam
habitã:quẽ ponat in ascẽdente:⁊ sic statiz ap-
parebit verus situs ⁊ figura maris in oĩbus
partibus mundi cũ omni fluxu ⁊ refluxu ma-
ris:per quã figurã (diuinitus adinuentam)
apparebũt solones difficiliũ qõnũ cõtingen-
tiũ in materia fluxus ⁊ refluxus maris:⁊ eiꝰ
figure:quaꝝ questionũ solutiones vsqz nunc
non fuerũt facte ⁊ minus solute. Quas qdẽ
passiones maris est impossibile cognoscere q
sunt in mari nauigãtes:nisi solũ stãtes in lit-
tore maris:vbi apparet fluxꝰ ⁊ refluxus ma-
ris:⁊ q̃zuis ibi in littore stantes possint co-
gnoscere illas passiones particulariter:tamẽ
minime in reliq̃s partibus mundi scire pote-
rũt. Per nostrã aũt figurã sciẽt vbiqz locoꝝ
⁊ semper vere ⁊ necessario:ergo nauigãtibꝰ
erit maxime vtilitatis scire velocitatẽ motꝰ
maris adiuuantem:⁊ quantũ mare retardat
nauigationez ⁊ per quantũ temporis varia-
buntur hee vicissitudines:que retardant et
que conferunt ad nauigationem.
¶ Profunditates aũt maris:que ꝯtinue va-
riant̃ per cõtinuã remotionẽ lune a sole ⁊ eiꝰ
accessionẽ ad ipsuz diuise sunt in figura ⁊ cõ-
prehẽse numeris terminatis in vtraqz sphe-
ra eq̃liter:incipiẽdo a centro:vbi est profun-
ditas:vt.vij.descendendo per equas portio-
nes ad orizontẽ:vbi est nõ gradus eleuatio-
nis.s.nulla:quas ꝓfunditates facile qs con-
iectabitur in toto mẽse cursus lune:si ĩcipiet
cõputare vtrosqz numeros:qñ lunã posuerit
sub sole in eadẽ linea:in qua linea ĩueniet.7.
profunditatis maris sub sole ⁊ alios.7. sub
luna:quas coniungat ⁊ erunt.xiiij.tũc nota-
bit sub vtroqz luminari in ꝑmo circulo.xiiij.
ꝙ si quis acceperit vtrãqz ꝓfunditatẽ in vnã
in tota circũferẽtia inueniet ꝓfunditatẽ oẽm
in toto mari:quõ se habet in hora coniunctio-
nis. Et si vlterius qs voluerit scire quãtitatẽ
moueat lunaz in omni die ⁊ inspiciat in tacui-
nũ ⁊ ponat lunã in gradu ⁊ distãtia sequẽtis
diei:⁊ sic poterit facere in oĩ cursu lune men-
struo:vt possit videre oẽs species diuersita-
tũ motus maris per oẽm distantiam lune ab
ipso sole:qõ sane erit scitu dignũ ⁊ pluribus
occultũ. ¶ Nos vero exẽplificauimꝰ oẽs mã-
siones lune vsqz ad ꝑmã q̃draturã:in q̃ mare
nõ mouet̃:ideo est ⁊ equale in oĩbus partibꝰ
mũdi:qa vniformiter mare inuentũ est ꝓfun-
dũ ꝑ partes.7.⁊.7. ¶ Si qs aũt curiose vo-
luerit facere omnes portiones ⁊ variationes
maris:q̃s facit merito cursus lune in.xxix.
diebꝰ:faciat sibi similẽ figurã sed maiorẽ : vt
intra ipsaz possint fieri.xxix.circuli.eo modo
quo in hac mea figura sunt positi.viij.tm̃ : in
quibꝰ oẽs variationes maris possint notari:
in omni cursu mẽstruo lune:qa redeũte luna
ad coniunctionẽ:iterũ mare ĩcipiet renouare
oẽs eius passiones similes ꝑoribꝰ. Que qdẽ
vniformitas qñqz solet impediri ꝓpter vim
ventoꝝ : sed illud erit ꝑ accñs. Figura vero
nr̃a mõstrabit oẽs illas passiones maris:que
erũt ꝑ se. ¶ Notãdũ ẽ aũt scd̃o ꝙ hic in nr̃o
mari mediterraneo:mare fluit ⁊ tumescit vs-
qz ad duos cubitos:vbi in occeano tumescit
vsqz ad qnqz cubitos. Cuiꝰ cã forte est:qa ibi
est mare latũ ⁊ ꝓfundũ ⁊ non augustũ:sicut
apud nos:neqz ibi impedit̃ accessus maris ⁊
recessus:ꝓut ipedit̃ ĩ mari mediterraneo ꝑꝑ
gaditã angustiã. ¶ Tertio est notãdũ:ꝙ apd̃
syllã ⁊ carybdiz in ꝓmõtorijs italie ⁊ sicilie:
mare videt̃ nõ seruare cursuz cõem:sic etiaz
eodẽ modo ⁊ in sinu euboee:q̃ dr̃ vulgo Ne-
gropõte:vbi sunt q̃dã ꝓmõtoria ꝯtra se po-
sita in forma obliq̃ ⁊ curua:vbi ipetus maris
ab illis ꝓmõtorijs inflectit̃ ⁊ reflectit̃ ab alio
ꝓmõtorio ꝯtra se posito:ideo nõ fit fluxus ⁊
refluxus:sed fiũt qdã gurgites vel voragi-
nes circulares in fluxu ⁊ refluxu:sicut ꝯtigit
post ꝓmõtoria in fluminibꝰ:vbi aq̃ circulari-
ter mouent̃:⁊ ꝑ accñs:doctrina aũt nr̃a est ẽ
de fluxu ꝑ se maris ⁊ necessario a deo ⁊ nã sic
ordinato:cuiꝰ nomẽ sit bñdictũ per secula.

Index eorum que in hoc opere continentur.

Explicit Aureum Opus de modo Collegiandi, pronosticandi, & curandi Febrium: atq; de humana Felicitate: neq; non de Fluxu maris & Refluxu. Editum ab Eximio Doctore Federico Chrysogono nobili Jadertino. Et Venetijs impressum a Joan. Anto. de Sabbio & fratribus. Anno a partu Virgineo. M.D.xxviij. kal. Aprilis.

(Medicinum)
frontisp. intornato
rosso

23